* **Incipit sextusdecimus liber regestrorum do(mi)ni Innocentii pape tercii**[a)] * fol. 135r

[a)] *Oben am rechten Rand:* Sygerus Nolini scripsit hu(n)c libru(m)*; s. Einleitung S. XIX.*

1.

Innocenz III. befiehlt den Bischöfen (Martin) von Zamora und (Martin) von Porto und dem Magister Florentius, Archidiakon von Zamora, im Konflikt, der zwischen den Bischöfen (Martin) von Guarda (Idanha) und (Petrus) von Coimbra um ihre Diözesangrenzen geführt wird, den Bischof von Guarda zu zwingen, dem Bischof von Coimbra die Einkünfte der Besitzungen, die er widerrechtlich besetzt hat, zu restituieren oder eine künftige Restitution sicherzustellen, die Grenzziehungen, die päpstlich delegierte Richter vorgenommen haben, zu untersuchen und entweder zu bestätigen oder nach einer neuerlichen Untersuchung des Sachverhalts selbst festzulegen und ihre Entscheidung nötigenfalls mit kirchlichen Strafen durchzusetzen. Weiters sollen sie dem Bischof von Coimbra die Strafe für das Nichterscheinen vor delegierten Richtern erlassen, wenn er aus berechtigten Gründen verhindert war, ansonsten ihn zu einer moderaten Aufwandsentschädigung für den Prozessgegner verurteilen, wobei er in den von ihm in Covilhã erworbenen weltlichen Besitzungen nicht behelligt werden darf.

Lateran, 1213 Februar 24.

Reg. Vat. 8, fol. 135^{r} ⟨Nr. 1⟩.

Empfängerüberlieferung: Original: Lissabon, Instituto dos Arquivos Nacionais: Torre do Tombo, Cabido da Sé de Coimbra, 2a incorp., documentos eclésiasticos, mç 40, Nr. 1694.

Bosquet 519, Nr. 1 = Baluze II 733, Nr. 1 = Migne, PL, 216, 781, Nr. 1; Mansilla, Documentación, 538, Nr. 499; Da Costa–Marques, Bulário, 340, Nr. 189. – S. unten Abb. I. – Potth. Reg. 4676; Linehan, Portugalia Pontificia, 136, Nr. 81; de Lera Maíllo, Catálogo, 95, Nr. 282.

..[a] Zamorensi[1] et Portugalensi[2] episcopis et magistro Florentio, archidiacono Zamorensi[3].

Venerabilis frater noster .. Colimbriensis episcopus[4] in nostra proposuit presentia constitutus, quod, cum olim Auriensi episcopo[5] et suis coniudicibus[6] nostris dederimus

---

1. [a]) *Fehlt bei Bosquet.*

1. *Empfängerüberlieferung (kollationiert mit einem Digitalisat des Originals):*

21: .. Zamorensi] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus .. Zamorensi. 21: Portugalensi] .. Portugalensi. 21: magistro] dilecto filio magistro. 22: Zamorensi] Zamorensi salutem et apostolicam benedictionem. 24: Auriensi] .. Auriensi.

1. [1]) Martín Arias, B. von Zamora (Suffr. von Compostela) 1193–ca. 1218. Vgl. *DHEE* IV 279; Fletcher, *Episcopate*, 42, 44f. und passim; Ubieto Arteta, *Listas*, II 433f.

[2]) Martinho Rodrigues, B. von Porto (Suffr. von Braga) 1191–1235. Vgl. *Dicionário de História Religiosa de Portugal* IV 7f.; Vasconcelos Vilar, *D. Afonso II*, ad indicem. Er und der B. Martín von Zamora waren von den Streitparteien schon zuvor als Schiedsrichter erwählt worden: inseriert im Br. Innocenz' III. vom 12. Juli 1207, Dr.: Da Costa–Marques, *Bulário*, Nr. 125, S. 248.

[3]) Archidiakon von Zamora, Adressat von Br. XIII 57, 75.

[4]) Pedro Soares, B. von Coimbra (Suffr. von Braga) 1192–1232, gest. 1233. Vgl. *Dicionário de História Religiosa de Portugal* II 135; Ubieto Arteta, *Listas*, I 110; Vasconcelos Vilar, *D. Afonso II*, ad indicem.

[5]) Alfons (I.), B. von Orense (Suffr. von Braga) 1174–1213. Vgl. *DHEE* III 1834; Fletcher, *Episcopate*, 49f. und passim; Ubieto Arteta, *Listas*, I 256.

[6]) Der Abt Laurentius von Oseira in der Diözese Orense und der Archidiakon P. Fernandi von Orense.

litteris in mandatis[7], ut universa, in quorum possessionem per Cauriensem[8] et Ciuitatensem[9] episcopos venerabilis frater noster .. Egitan(iensis) episcopus[10] fuerat adversus eundem Colimbriensem inductus[11] vel eorum occasione auctoritate propria occuparat, ipsi Colimbriensi cum fructibus medii temporis restitui facientes supplerent, siquid per ipsius Egitaniensis malitiam defuisse constaret, executioni sententie pro eodem contra Egitaniensem[b] eundem arbitrali examine super restitutione fructuum promulgate ad limitationem episcopatuum, quamcito possent, sub omni diligentia processuri, predictus Auriensis et sui coniudices super restitutione facienda vices suas abbati de Sertia[12] et suis consociis commiserunt limitationem episcopatuum sibi specialiter reservantes. Possessionibus itaque per eundem abbatem et suos collegas Colimbriensi ecclesie restitutis iidem iudices dictum Egitaniensem, nisi fructus omnes medii temporis ad plenum restitueret infra terminum ad hoc ei prefixum, excommunicationis vinculo innodarunt[c], contradictores censura simili percellentes. Transacto[d] vero termino, infra quem Egitaniensis episcopus eidem debuerat parere sententie, ipsius contumacia exigente prolata prius sub conditione sententia fuit postmodum precise et simpliciter innovata. Partibus sane a delegatis nostris predictis interim convocatis procurator Colimbriensis ecclesie et pars altera ad hoc ad ultimum convenerunt, ut idem Colimbriensis in possessione, quam per memoratum abbatem et suos collegas fuerat assecutus, non obstante modo processus, videlicet sive iuste sive iniuste processerunt[e], tunc pacifice permaneret, si tamen ea restituta fuissent, que secundum mandatum apostolicum restitui debuerunt[f] hincinde[g] subtractione vel suppletione nichilominus facienda, si fuisset aliquid quoad possessiones plus vel minus debito restitutum. Pro restitutione vero fructuum idem Egitaniensis obligavit ablantes hoc tamen adhibito, quod, si cautio illa insufficiens videretur, secundum delegatorum ipsorum caveret arbitrium per pignorantiam[h] vel fideiussoriam cautionem. Prefixo quoque termino, quo se partes eorundem iudicum conspectui presentarent, propter discordiam, que inter carissimos in Christo

---

[b]) *Darnach:* Colimbrien(sem)*; so auch Bosquet; korrigiert bei Baluze und Migne.* [c]) *Bosquet:* innodarant. [d]) translato; transacto *bei Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.* [e]) *Bosquet, Migne:* processerint*; s. die Empfängerüberlieferung.* [f]) *Bosquet, Migne:* debuerant. [g]) *Am Rande ein Punkt und ein Strich.* [h]) *Bosquet, Migne:* pignoratitiam*; s. die Empfängerüberlieferung.*

1: Cauriensem] .. Cauriensem. 1f.: Ciuitatensem] .. Ciuitatensem. 2: Egitan(iensis)] Egitanien(sis). 5: eodem] eodem Colimbriensi*; s. auch Anm. b.* 8: Sertia] Seitia. 13: Translato] Transacto*; s. Anm. d.* 19: processerunt] processerint*; s. Anm. e.* 24: pignorantiam] pignoratitiam*; s. Anm. h.*

[7]) Br. vom 9. Juni 1211, Dr.: Da Costa–Marques, *Bulário*, 305, Nr. 161; inseriert im Br. Honorius' III. vom 28. Juni 1224: Pressutti, *Regesta Honorii III*, 5066; vgl. Linehan, *Portugalia Pontificia*, I 130, Nr. 69.

[8]) Arnald (I.), B. von Coria (Suffr. von Toledo) 1181–1211 November. Vgl. Ubieto Arteta, *Listas*, I 122.

[9]) Martín (II.), B. von Ciudad Rodrigo (Suffr. von Compostela) 1199–1211 September. Vgl. Ubieto Arteta, *Listas*, I 102.

[10]) Martín País, erster B. von Guarda bzw. Idanha (Suffr. von Compostela), das damit als Diözese wiederhergestellt wurde, 1203–1228. Vgl. *Dict. HGE* 22 (1988) 528; Ubieto Arteta, *Listas*, I 165. Zum Konflikt zwischen ihm und dem B. von Coimbra s., zusätzlich zu den oben Anm. 2 und 7 zitierten, auch die Br. Innocenz' III. vom 5. März 1203, 10. Juli 1204 und 23. Mai 1216, Dr.: Da Costa–Marques, *Bulário*, 162, Nr. 86; 216, Nr. 102; 379, Nr. 216, s. auch Linehan, *Portugalia Pontificia*, I 142, Nr. 92, und, für die Fortsetzung unter Honorius III., Pressutti, *Regesta Honorii III*, 4756, 4894.

[11]) Aufgrund eines erschlichenen päpstlichen Schreibens: s. Br. vom 9. Juni 1211 (oben Anm. 7), S. 306f.

[12]) Santa Maria de Seiça, Zist.-Abtei, Diöz. und Distr. Coimbra.

filios nostros Portugalensem[13] et Legionensem[14] reges excreverat[15], idem Colimbriensis, quod neque per se neque per procuratorem ydoneum apud Auriam poterat proficisci, per quendam nuntium fere nudum iudicibus intimavit. Ipsi vero eundem Colimbriensem in mille[i] sexcentis solidis monete Legionensis[16] expensarum nomine condempnarunt et alias procedentes minus legittime contra ipsum episcopatus non sine Colimbriensis ecclesie preiudicio post appellationem legittimam[17] limitarunt. Quapropter idem postulabat instanter processum iudicum eorundem tam super expensis quam limitibus irritari.

Nos autem considerantes utrique partium expedire, ut non secundum rigorem iusticie sed secundum equitatis providentiam in isto negotio [procedatur][j], discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus apud vos possessionibus sequestratis Egitaniensem episcopum, ut Colimbriensi fructus iuxta formam alterius nostri mandati restituat vel de restitutione facienda sufficientem prestet et idoneam cautionem, monitione premissa districtione, qua convenit, appellatione postposita compellatis et sic auditis et intellectis, que partes hincinde duxerint proponenda, si vobis constiterit, quod Auriensis episcopus et sui coniudices provide dioceses predictorum episcopatuum limitarunt[k], faciatis eas auctoritate nostra secundum illum modum manere perpetuo limitatas; alioquin tam per testes, instrumenta et famam quam antiquas divisiones et quecumque alia amminicula inquisita et cognita veritate plenius ipsos episcopatus solum Deum habentes pre occulis vgl. Ps 53, 5 limitetis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Ceterum si prenominatus Colimbriensis de legittimo impedimento docuerit, propter quod Auriensis[l] episcopi et coniudicum eius conspectui se nequiverit presentare, vos eum absolvatis a pena, qua propter contumatiam per illos extitit condempnatus; alioquin ipsum in legittimis et moderatis expensis, quas pars altera fecit in causa, ex quo idem Colimbriensis cepit laborare contumacia, condempnetis; proviso prudenter, ut Colimbriensem episcopum super possessionibus laicalibus, quas in Coiuliano[m, 18] et in eius terminis legittime acquisivit, non patiamini ab aliquo indebite molestari.

---

[i] *Bei Bosquet und Migne folgt* ac*; s. die Empfängerüberlieferung.* [j] *So Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.* [k] *Migne:* limitarint. [l] *Migne:* Aurisiensis. [m] *Statt des* ersten -i- *vielleicht ein Buchstabe mit Unterlänge; auch das* -u- *ist nicht eindeutig auszumachen; Bosquet, Migne:* Coniliano.

1: Portugalensem] .. Portugalensem. 1: Legionensem] .. Legionensem. 4: mille] mille ac*; s. Anm. i.* 9: negotio] negotio procedatur*; s. Anm. j.* 18: veritate plenius] plenius veritate. 25: Coiulian(o)] Couilian(o).

[13] Alfons II., König von Portugal 1211 März–1223. Vgl. Vasconcelos Vilar, *D. Alfonso II.*

[14] Alfons IX., König von León 1188–1230, seit 1217 auch von Kastilien.

[15] Der König von León griff in den Erbschaftsstreit zwischen Alfons von Portugal und dessen Schwestern militärisch zugunsten der letzteren ein; s. unten Br. XVI 55 (52) Anm. 8.

[16] Sueldos von León. Vgl. Spufford, *Handbook*, 156; Crusafont–Balaguer–Grierson, *Coinage*, 260–275.

[17] Vgl. Digesten 49. 5. 6; 49. 7. 1. 1; 49. 1. 16 (Ed. Mommsen 826, 823); Codex 7. 62. 3 (Ed. Krueger 320f.); *Decretum Gratiani* C. 2 q. 6 c. 31 § 1 (Friedberg, *CorpIC*, I 477); *JL* 16585 (Clemens III.) = Alan. 1. 3. 1 = Alan. K. 1. 3. 1 = Comp. II 1. 2. 8 = Coll. Dunelm. II 137 = X 1. 3. 12 (Friedberg, *CorpIC*, II 20f.).

[18] Covilhã, Distr. Castelo Branco: Die Kirchen von Covilhã und dortige Güter, eine Schenkung König Sanchos I. von Portugal 1186 an den B. von Coimbra, und alle vom Bischof dort erworbenen Besitzungen hatten Coelestin III. 1197 (Erdmann, *PU Portugal*, 377, Nr. 156) und Innocenz III. 1199 (Br. I 532 [534]) diesem bestätigt. Der Konflikt um die Besitzungen wird ausführlich im Brief Innocenz' III. vom 23. Mai 1216 (s. oben Anm. 10) referiert, in dem er ein Urteil, das subdelegierte Richter zugunsten des Bischofs von Coimbra gefällt hatten, aufhob.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera. Vos denique, fratres episcopi, super vobis ipsis et cetera.

Datum Laterani, VI Kal. Martii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

2.

Innocenz III. befiehlt dem König (Leo) von Armenien, für seine Gewalttaten und Übergriffe zum Schaden des Patriarchen (Peter) und der Kirche von Antiochia Genugtuung zu leisten; andernfalls sollen ihn, der schon aus anderem Grund exkommuniziert ist, der Patriarch (Albert) von Jerusalem, dessen Suffragane und die zypriotischen Bischöfe auch wegen dieser Sache bis zur Genugtuung exkommunizieren, ebenso seinen Neffen (Raimund-)Ruben und seine Ratgeber und Unterstützer; den Königen (Johann) von Jerusalem und (Hugo) von Zypern, ihren Baronen, den Templern und Johannitern und allen Pilgern in der Provinz Jerusalem trägt er auf, den König in keiner Weise zu unterstützen, ihn als Exkommunizierten zu meiden und vielmehr dem Patriarchen von Antiochia zu seinem Recht zu verhelfen, wozu sie der Patriarch von Jerusalem nötigenfalls mit kirchlichen Strafen zwingen soll.

Lateran, 1213 Februar 28.

Reg. Vat. 8, fol. 135r–135v ⟨Nr. 2⟩.

Bosquet 521, Nr. 2 = Baluze II 734, Nr. 2 = Migne, PL, 216, 784, Nr. 2; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 439, Nr. 204; Schabel, Bullarium Cyprium, I 169, Nr. b-39. – S. unten Abb. I. – Potth. Reg. 4677; Röhricht, Regesta, 862; Delaville Le Roulx, Cartulaire, II 155, Nr. 1408; Claverie, Ordre, III 271, Nr. 312.

..[a] Regi Armenie[1].

Inviti[b] ac dolentes tibi negamus apostolice salutationis et benedictionis alloquium, cui benedictionem et salutem eternam in Domino affectamus. Verum id exposcit tuorum excessuum magnitudo, quia, cum devotum ei deberes impendere famulatum, qui te ad
vgl. 1Pt 2, 14 regni solium sublimavit, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum commissum tibi ab eo gladium exercendo, tu illum conversione dampnabili convertens in viscera ecclesie matris tue nuper, ut ad presens alia taceamus, que nobis sunt de tuis actibus sepius nuntiata, in ecclesiam et populum Antiochen(os) tante immanitatis atrocitate violatis treugis et regia promissione posthabita desevisti, ut ad confusionem tuam non possit in memoriam non redire, quod legitur: ‹‹Unusquisque a suo proximo se custodiat et non habeat fiduciam in quolibet fratre suo, quia omnis frater et proximum supplantabit et
Ier 9, 4 studebit incedere fraudulenter››.

1: et cetera] hiis exequendis potueritis interesse. 1: et cetera] ea nichilominus exequatis. 2: et cetera] et grege vobis credito taliter vigiletis extirpando vitia et plantando virtutes, ut in novissimo die coram tremendo iudice, qui reddet unicuique secundum opera sua, dignam possitis reddere rationem.

2. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b]) *Am Rande zwei kurze schräge Striche; am rechten Rand:* con(tra) crudeles, *darunter ein L-förmiges Zeichen aus einem senkrechten und einem waagrechten Strich.*

2. [1]) Fürst Leo II. von Armenien 1187–1219, seit 6. Januar 1198 König Leo I. Vgl. *LMA* 5 (1991) 1875.

Sicut[c)] enim ex litteris venerabilis fratris nostri .. patriarche Antiocheni[2)] et multorum aliorum nobis innotuit, cum treuge inter te ac Anthiochenos prefatos per ipsius patriarche studium facte fuissent et iuramento firmate tuque promisso, quod eas inviolabiliter bona fide servares usque ad terminum constitutum, super hoc litteras eidem patriarche bulla munitas regia destinasses, tandem oblitus, quantam habere debeat regalis promissio firmitatem, quamquam[d)] sit indecens et nepharium huiusmodi pacis aut treugarum federa violare, in terram Antiochie Ruppinum[e)] nepotem tuum[3)] cum non parvo exercitu transmisisti, qui terram immunitam utpote nichil hostile metuentem ingressi non solum civium sed et ecclesiarum casalia supergressi sevitiam paganorum redegerunt in cinerem et favillam et flagitiis, que recitare nec libet nec expedit, * perpetratis predam valentem centum milia Bisantiorum[f, 4)] et amplius abduxerunt. Prius etiam quedam, que dictus patriarcha malum in bono vincere studens usque modo siluerat, attemptaras[g)], quibus apostolicam sedem, ymmo eum, qui ecclesiarum omnium eam matrem constituit et magistram[5)], non leviter quidem nosceris offendisse. Cum enim venerabilis frater noster .. patriarcha Ier(oso)li(mi)tanus, apostolice sedis legatus[6)], quendam, qui se patriarcham Antiochenum appellat[7)], de speciali mandato nostro[8)] duxerit exigente iusticia deponendum et in omnes, qui eidem tamquam patriarche intenderent, excommunicationis sententiam promulgarit[h)], tu nichilominus eum non sine apostolice sedis iniuria recepisti eidem quasi patriarche tenere[i)] intendendo. Ad hec .. electo Tarsensi[9)] sublato de medio cum patriarcha sepedictus[j)]

* fol. 135v

---

c) *Davor ein Paragraphenzeichen von späterer Hand.* d) *Migne:* quantumque. e) *Bosquet:* Rupin.*; so auch Migne.* f) *Bosquet:* Bysantiorum*; Migne:* Byzantiorum. g) *Bosquet:* attentaras*; Migne:* attentatas. h) p(ro)m(u)lgaret; promulgarit *bei Bosquet und Migne.* i) *Bosquet, Migne:* temere. j) *Darnach gestrichen:* sp(ec)taret.

2) Peter von Magnano aus Vercelli, Abt von Lucedio (Zist.-Abtei, Diöz. und Prov. Vercelli) 1184/1185, Abt von La Ferté-sur-Grosne (Zist.-Abtei, Diöz. Chalon-sur-Saône, Dép. Saône-et-Loire) wahrscheinlich 1205, B. von Ivrea (Suffr. von Mailand) 1206 (s. Br. IX 171 [172]), von Innocenz III. zum EB. von Thessalonike bestellt am 27. Juni 1208 (Br. XI 101 [106]), Patriarch von Antiochia 1209–1217. Vgl. Rey, *Dignitaires*, 140f.; Moore, *Peter of Lucedio*; Alberzoni, *Guido*, 239–245; dies., *Cenobio*, bes. 116–129.

3) Raimund-Ruben, Sohn der Alice von Armenien, der Tochter von Leos Bruder und Vorgänger Ruben III., und des Raimund von Antiochia (gest. 1197/1198), Fürst von Antiochia 1216–1219, Kronprinz von Armenien 1200–1218, gest. 1222. Vgl. *History of the Crusades* II, ad indicem; Rüdt-Collenberg, *Rupenides*, T. nach S. 48, 54.

4) Als Bezant bezeichnete man verschiedene auf dem ägyptischen Dinar beruhende Goldmünzen oder davon abgeleitete Recheneinheiten im Mittelmeerraum. Vgl. Spufford, *Handbook*, 294, 297, 300.

5) Vgl. *Decretum Gratiani* D. 19 c. 3; D 21 c. 6 (Friedberg, *CorpIC*, I 60, 71). Vgl. Kempf, *Papsttum und Kaisertum*, 306–308; Maccarrone, *Studi*, 409f.; Hageneder, *Kempf*, 342, Anm. 33.

6) Albert von Castro, B. von Vercelli 1185, Patriarch von Jerusalem 1205–1214; 1609 heiliggesprochen. Vgl. *DBI* 1 (1960) 750f.; Minghetti, *Alberto di Vercelli*, 283–287; Pezza Tornamè, *Alberto di Gualtieri*; Kirstein, *Patriarchen*, 411–447; Andenna, *Fidelissimus*. Zu seiner Bestellung zum päpstlichen Legaten s. Br. VIII 102 (101) und XI 103 (108).

7) Simeon (II.), 1206(–1239) als orthodoxer Patriarch von Antiochia eingesetzt vom Grafen Bohemund (IV.) von Tripolis und von der Kommune Antiochia; nach seiner Vertreibung aus Antiochia 1215 als orthodoxer EB. von Tarsus bezeugt. Vgl. Cahen, *Syrie du Nord*, 612, 619; Fedalto, *Chiesa latina*, I 168; Hamilton, *Latin Church*, 314f., 338f.; Hild–Hellenkemper, *Kilikien*, I 94; Mayer, *Kanzlei*, I 269; Kirstein, *Patriarchen*, 430.

8) Br. XI 8 (9) vom 4. März 1208.

9) Peter, als Elekt von Tarsus (Suffr. der Armenischen Kirche, Kilikien, Türkei) bezeugt 1209–1213: im Juni 1209 Bote König Leos bei Innocenz III.: Br. XII 45. Vgl. Röhricht, *Regesta*, 225, Nr. 843; Fedalto, *Chiesa latina*, II 218.

speraret, ut iuxta promissionem tuam archiepiscopus instituetur ibidem, tu redditibus et casalibus ipsius ecclesie militibus tuis sacrilega presumptione divisis et Latinis clericis expulsis penitus ab eadem in ipsa Grecos quosdam intrudere presumpsisti[10]).

Quoniam igitur hec sub dissimulatione transire nec volumus nec debemus, quos apostolatus officium non solum ecclesiis verum etiam fidelibus universis constituit debi-
vgl. Rm 1, 14 tores, ne nobis negligentibus impietatem tuam tibi, prout ad nos pertinet, nuntiare, tu
vgl. Ier 31, 30 in tua moriaris iniquitate – quod absit – et sanguis tuus[k]) de nostris manibus a Domino
vgl. Ez 3, 18; 33, 8 requiratur, serenitatem tuam monemus, rogamus et exhortamur in Domino et sub divini iudicii obtestatione tibi precipiendo mandamus, quatenus predicto patriarche ac ecclesiis suis taliter satisfacere studeas de premissis, ut maiestatem divinam, quam ea committendo tibi[l]) offensam proculdubio reddidisti, placatam tibi reddere valeas eadem corrigendo et nos te tamquam obedientie filium caritatis brachiis amplexantes favorem tibi teneamur apostolicum impartiri; alioquin, cum Domino disponente in eo simus loco et officio con-
vgl. Ps 149, 7 stituti, ut vindictam in nationibus et increpationes in populis facere teneamur ac secundum
vgl. 2Cor 10, 6 Apostolum omnem inobedientiam prompti simus ulcisci[m]), venerabilibus[n]) fratribus nostris .. patriarche[o]) Iher(oso)limitano predicto et suffraganeis[11]) eius ac episcopis Cippri[p, 12]) nostris damus litteris in mandatis, ut te licet ex alia causa vinculo excommunicationis astrictum[13]) ex hac quoque usque ad satisfactionem condignam appellatione postposita faciant excommunicationis sententie subiacere, nichilominus in prefatum nepotem tuum ac omnes principales fautores et consiliarios tuos consimilem sententiam proferentes ac facientes eandem usque ad satisfactionem idoneam inviolabiliter observari. Insuper carissimis in Christo filiis ..[q]) Ier(oso)li(mi)tano[14]) et .. Cipri[15]) regibus illustribus et baronibus eorundem necnon dilectis filiis Templariis et Hospitalariis et peregrinis constitutis in provintia Ier(oso)limitana mandamus, ut interim tibi nullum impendant consilium, auxilium vel favorem, quinimmo te tamquam excommunicatum artius[r]) evitantes patriarche predicto ac ecclesiis eius assistant ad suam iusticiam obtinendam, prefato patriarche Ier(oso)limitano mandantes, ut ipsos ad id compellat per censuram ecclesiasticam, si necesse fuerit et viderit[s]) expedire. Tu igitur sensus tuos colligens in te ipso sicut vir providus studeas precavere, ne te in illum articulum necessitatis inducas, quod te sero peniteat apostolicis non obtemperasse monitis et mandatis.

Datum Laterani, II[t]) Kal. Martii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

---

[k]) *Ein Schaft zu wenig. ren Buchstaben, vielleicht* -c-. Cypri. [q]) *Fehlt bei Bosquet.* [t]) *Migne:* XI.

[l]) qui; tibi *bei Bosquet und Migne.* [m]) -s- *korr. aus einem ande-* [n]) *Bosquet:* … venerabilibus. [o]) prat(ri)arche. [p]) *Bosquet, Migne:* [r]) *Bosquet, Migne:* arctius. [s]) vide(re)t; viderit *bei Bosquet und Migne.*

[10]) Die Kirche von Tarsus war zeitweise, 1198/1199, 1204 lateinisches Erzbistum, das vor 1212 abgekommen war; erst 1216 ließ Leo II. die Kirche wieder mit einem lateinischen Titular besetzen, ein Elekt Booz ist bereits 1215 bezeugt: Röhricht, *Regesta*, 218, Nr. 817 (datiert 1206); 236, Nr. 877; vgl. Mayer, *Kanzlei*, II 214, Anm. 53.

[11]) Suffragane von Jerusalem: Bethlehem–Aschalon, Lydda.

[12]) Der EB. von Nikosia und die B. von Famagusta, Limassol und Paphos.

[13]) Aufgrund von Übergriffen gegen die Templer. S. Br. XIV 63 (64) vom 18. Mai 1211.

[14]) Johann (V.) von Brienne (Arr. Bar-sur-Aube, Dép. Aube), geb. ca. 1169/1174, König von Jerusalem 1210–1225, lateinischer Kaiser von Konstantinopel 1231–1237. S. auch Br. XII 27. Vgl. *Dict. HGE* 10 (1938) 698–709; *LMA* 5 (1991) 498f.; Perry, *John of Brienne*.

[15]) Hugo I. von Lusignan, geb. 1196, Sohn König Aimerichs, König von Zypern 1205–1218, der 1210 volljährig wurde. Vgl. Hill, *Cyprus*, II 73–83. S. auch Br. XIV 104.

3.

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Alberich) von Reims und dessen Suffraganen, den Franzosen mit Drohungen zu verbieten, in blasphemischer Weise bei den Gliedmaßen und Organen von Christus und den Heiligen zu schwören.

Lateran, 1213 März 14.

Reg. Vat. 8, fol. 135^{v} ⟨Nr. 3⟩.
Dumay 101, Nr. 1; Bosquet 523, Nr. 3 = Baluze II 735, Nr. 3 = Migne, PL, 216, 786, Nr. 3. – Coll. Bamb. II 10. – Potth. Reg. 4678.

Remensi archiepiscopo[1] et suffraganeis eius[2].

Etsi[a] apostolatus officium nos universis constituat debitores et erga omnes paternum affectum gerere teneamur, regnum tamen Francie prerogativa quadam diligimus caritatis, utpote quod[b] pre ceteris mundi regnis apostolice sedi[c] ac nobis obsequiosum semper extitit et devotum. Ideoque ab eodem regno specialiter amovere cupimus scandala universa, que contra illud divine possent maiestatis oculos provocare. Noveritis autem ad nostram audientiam pervenisse, quod eiusdem regni homines quasi ex consuetudine generali frequenter ex ira et interdum animi levitate quibusdam utuntur nephandis[d] et horribilibus iuramentis et, cum Veritas doceat per se ipsam non esse iurandum per terram, quia scabellum[e] est pedum Dei, ipsi[f] non solum per divinos pedes et manus iurare non metuunt, verum etiam ipsius Christi et sanctorum eius secretiora membra lingua sacrilega perscrutantes ea non formidant intonare iurando, que nos scribendo sumus veriti nominare. Cum igitur sacri canones[3] in presumptores huiusmodi constituant graves penas et episcopos nichilominus, qui hec emendare negligunt, asserant acerrime arguendos, fraternitatem vestram monendam duximus attentius et hortandam per[g] apostolica vobis scripta precipiendo[g] mandantes, quatenus subditis vestris, ut ab huiusmodi temeritate desistant, curetis districtius inhibere et inhibitionibus comminationes addendo eorum presumptionem taliter corrigatis, quod divini nominis zelus vos tangere videatur et eorum temeritas divinam contra ipsos et regnum prefatum non provocet ultionem.

vgl. Rm 1, 14

vgl. Mt 5, 34f.

Vos denique, fratres archiepiscope[h] et episcopi[h], super vobis ipsis et cetera.

Datum Laterani, II Idus Martii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

---

3. [a]) *Am Rande zwei kurze schräge Striche und längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich; ferner:* c(ontr)a iuratores. *Schräg über der Initiale ein kleines* e, *vielleicht als Vormerkung.* [b]) *Darnach korr. und gestrichen* precet-. [c]) *Bosquet:* sedis. [d]) *Dumay:* nefariis. [e]) scandalu(m); scabellum *bei Bosquet und Migne.* [f]) *Fehlt bei Dumay.* [g–g]) *Dumay:* potestate Apostolicae Sedis. [h–h]) *Dumay:* et Archiepiscopi.

3. [1]) Alberich von Humbert, EB. von Reims 1207–1218. Vgl. Desportes, *Fasti III: Reims*, 156–158; Baldwin, *Government*, 182f.

[2]) Suffragane von Reims: Amiens, Arras, Beauvais, Cambrai, Châlons-en-Champagne, Laon, Noyon, Senlis, Soissons, Thérouanne, Tournai.

[3]) *Decretum Gratiani* C. 22 q. 1, c. 9, 10 (Friedberg, *CorpIC*, I 863).

4.

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Johannes) von Florenz, dem Prior (Guido) von Camaldoli und dem Pleban Magister B. von Castelfiorentino, delegierten Richtern im Rechtsstreit um die Wahl des Dompropsts (Martin) zum Bischof von Arezzo, den Prozess nicht durch läppische Einwände aufhalten zu lassen und die Zeugen, außer zum Anklagepunkt der Simonie, gemäß ihrem Mandat nötigenfalls zur Aussage zu zwingen; das Zeugnis des Archidiakons von Arezzo, auch wenn er mittels Prokurator auf Seiten einer Partei aufgetreten ist, sollen sie zulassen.

Lateran, 1213 März 14.

Reg. Vat. 8, fol. 135^{v}, 137^{r} ⟨Nr. 4⟩.

Bosquet 523, Nr. 4 = Baluze II 736, Nr. 4 = Migne, PL, 216, 787, Nr. 4; Pasqui, Documenti, II 97, Nr. 462. – Potth. Reg. 4679.

Episcopo Florentino[1] et priori Camaldul(ensi)[2] et magistro B., plebano Castriflorentini[3].

Cum olim nuntius dilectorum filiorum .. prepositi[4] et canonicorum Aretinorum in nostra presentia constitutus sententiam, quam super electione facta de ipso preposito in pastorem ecclesie Aretine venerabiles fratres nostri archiepiscopus Rauennas[5] et episcopus Liuiensis[6] delegati a nobis pro dicto preposito promulgarant, postularet auctoritate sedis apostolice confirmari, magistro R.[7], procuratore partis alterius, preter alia contra modum electionis ipsius et processum iudicum predictorum obiecta proponente ipsum prepositum in ecclesiam Aretinam ingressum simoniacum habuisse ac tempore, quo de ipso fuit electio celebrata, excommunicationis fuisse vinculo innodatum et natalium pati defectum, quia nobis[a] super hiis non poterat fieri plena fides, vobis dedimus in mandatis, ut tam super processu[b] iudicum et electionis[c] modo quam super obstaculis aliis, que partes ducerent proponenda, receptis probationibus eorundem, ipsas sub vestris sigillis fideliter nobis transmitteretis inclusas, prefigentes partibus terminum competentem, quo nostro se conspectui presentarent sententiam recepture; adiecimus etiam, quod testes, quos utraque pars super modo electionis, processu iudicum et aliis, que crimina non contingerent, ducerent nominandos, si se gratia, odio vel timore subtraherent, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita cogeretis veritati testimonium perhibere. Partibus itaque in vestra[d]

---

4. [a]) vob(is); nobis *bei Bosquet und Migne.* [b]) p(ro)cessu(m)*; so auch Bosquet; korrigiert bei Baluze und Migne.* [c]) *Migne:* electioni. [d]) *Bosquet, Migne:* nostra.

4. [1]) Johannes von Velletri, B. von Florenz 1205–1230. Vgl. Quilici, *Chiesa*, passim; *DBI* 56 (2001) 250–253.

[2]) Guido (II.), Prior von Camaldoli 1205–1248. Vgl. Caby, *Érémitisme*, ad indicem.

[3]) Pieve S. Biagio in Castelfiorentino bei Florenz. Vgl. Repetti, *Dizionario*, I 415.

[4]) Martin, Magister (1200), 1209 Dompropst von Arezzo, im Juni 1212 nach dem Tod Bischof Gregors (II., seit 1203) zum B. gewählt; die Bestätigung seiner Wahl erreichte er durch eine Reise an die Kurie im Sommer 1213 (s. Pasqui, *Documenti*, II, Nr. 474, S. 135f.); B. bis 1236. S. unten Br. XVI 117 (114) S. 224 Z. 27. Vgl. Mittarelli–Costadoni, *Annales*, IV 228f.; Cappelletti, *Chiese*, XVIII 119–125; Tafi, *Vescovi*, 68f.; Delumeau, *Arezzo*, 979f. mit Anm. 382, 1342f. und ad indicem.

[5]) Hubald, EB. von Ravenna 1208–1216. Vgl. Lanzoni, *Cronotassi*, 114–116; Vasina, *Elezione*, 61f.

[6]) Albert (I.), B. von Forlì ca. 1205–1232. Vgl. *Dict. HGE* 17 (1971) 1060.

[7]) Vielleicht der 1207 und 1216 bezeugte Magister Rainerius, 1208 Kämmerer des Bischofs, oder der 1202 als Rektor von S. Gregorio in Arezzo bezeugte Magister Rainerus oder der 1220 als Primicerius bezeugte Magister Rainerus. Vgl. Delumeau, *Arezzo*, 979, Anm. 382, 382; 980, Anm. 384.

presentia[e)] constitutis narratione ac responsione aliisque partium confessionibus super processu iudicum et modo electionis auditis cum velletis, sicut ex litteris vestris accepimus, ad aliorum inquisitionem procedere, a parte prepositi fuit obiectum se non teneri super aliis[f)] respondere[g)], cum hec, sicut dicebat, coram primis iudicibus[h)] * obiecta fuerint nec * fol. 137r
probata, presertim cum inducie date ad hec probanda fuissent, et super hiis pars eadem protestata fuerit coram vobis, quod absque sui preiudicio super articulis aliis responderet, et adiecit ei non debere obesse, si nuntius eius cum adversario litteras impetravit, qui non ad hoc sed tantum ad impetrandam confirmationem sententie fuerat destinatus.

Quibus pars adversa respondit, quod, cum hec sub iudicibus memoratis in modum exceptionis dilatorie fuerint ad iudicium declinandum obiecta, quod etiam pars altera concedebat, contra personam nichilominus ipsius prepositi ad excludendum eum a dignitate poterant peremptorie tunc[i)] opponi, presertim cum nuntius partis prepositi in litteris impetratis cum adversario convenisset et primo vobis presentasset easdem ac vos forma cogeret litterarum; addidit insuper, quod pars prepositi contestando litem approbasse litteras et a dilatoriis exceptionibus recessisse[j)] liquido videbatur, quod pars adversa negabat, cum super aliis respondendo, ut dictum est, de iure suo circa exceptiones huiusmodi fuerit protestata et, sicut dicebat, commissionis litteras approbare pro parte ac pro parte poterat reprobare.

Quia vero super hiis diversi videbantur diversa sentire, quid vobis sit faciendum, postulastis per sedem apostolicam edoceri, querentes nichilominus, an defectus natalium et excommunicatio iudicari debeant ad crimina pertinere, cum de crimine non filii sed patris agatur in primo et de pena criminis in secundo, ut sic instrui valeatis, utrum super hiis nominandos testes secundum formam precedentium litterarum debeatis compellere perhibere testimonium veritati. Quesivistis etiam, si ad testimonium debeat archidiaconus supradictus[8)] admitti, cum per procuratorem agant idem et eius socii coram vobis.

Nolentes igitur per tales inutiles et varios anfractus decisionem cause in gravamen ecclesie Aretine[k)] differri per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus, quatenus non obstantibus huiusmodi variis[l)] et frivolis occasionibus secundum formam vobis datam procedatis in causa, testes in premissis articulis – illo de simoniaco ingressu dumtaxat excepto – ad perhibendum testimonium veritati per censuram ecclesiasticam compellentes, cum, etsi a criminibus forte descenderint, quoad istud negotium crimina non contingant. Archidiaconi vero testimonium, cum pro parte ipsius et sociorum eius non per eum, sed per procuratorem agatur et in causa ecclesiarum suarum clerici etiam adversus extraneos admittantur, cur in hac repelli debeat, nisi aliud rationabile obviet, non videmus.

Tu denique, frater episcope, super te ipso et cetera.

Datum Laterani, II Idus Martii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

[c)] *Darnach* co(n)vocatis*, durch Unterpungierung getilgt.* [f)] *Bei Bosquet folgt:* se. [g)] *Darnach:* et adiecit ei no(n) debe(re) obesse si nu(n)tius eius cu(m) adv(er)sario l(itte)ras impetravit *(s. unten Z. 7), durch Unterstreichung und Unterpungierung getilgt.* [h)] *Ganz unten am Rand:* sequitur pag. 137. [i)] *Bosquet, Migne:* nunc. [j)] recessisset; recessisse *bei Bosquet und Migne.* [k)] *Migne:* Arentinae. [l)] *Bosquet, Migne:* vanis*; möglicherweise ist* variis *ein lapsus wegen* varios *unmittelbar darüber*.

[8)] Der im vorliegenden Brief noch nicht genannte Archidiakon von Arezzo, wohl der Anführer von Martins Gegnern. 1220 ist ein Magister Otto als Archidiakon bezeugt. Vgl. Delumeau, *Arezzo*, 979, Anm. 382; 1342f.

5.

Innocenz III. suspendiert den lange und vieler schwerwiegender Vergehen beschuldigten Erzbischof (Bernhard) von Auch von den Spiritualia und Temporalia seines Amtes und befiehlt dem Erzbischof (Wilhelm) von Bordeaux, dem Bischof (Arnald) von Agen und dem Abt (Peter) von Clairac, den Erzbischof abzusetzen und das Domkapitel zu einer Neuwahl aufzufordern, wenn innerhalb eines Monats rechtmäßig Anklage gegen diesen erhoben wird und dabei eine Handlung, die eine Absetzung begründet, zu Tage kommt; andernfalls sollen sie dem Erzbischof einen Reinigungseid auferlegen und, wenn er diesen nicht innerhalb eines Monats leistet, wie oben verfahren.

Lateran, 1213 Mai 21.

Reg. Vat. 8, fol. 137^{r}–137^{v} ⟨*Nr. 5 bzw. 8*⟩.
Bosquet 525, Nr. 5 = Baluze II 737, Nr. 5 = Migne, PL, 216, 789, Nr. 5. – Potth. Reg. 4730.

Archiepiscopo Burdegalensi[1)] et episcopo Agennensi[a, 2)] et abbati Clariacensi[3)], Agennensis[b)] diocesis.

Cum[c)] gemitus ecclesie Auxitane gementis sub nocte cecitatis sui archiepiscopi[4)] et plorantis olim ad aures apostolicas ascendisset a multis nobis multociens inculcatus[d)], eundem archiepiscopum monuimus diligenter, ut, cum ad pontificalis curam regiminis se deberet cognoscere minus aptum, suam et aliorum salutem lucris temporalibus anteponens et compatiens ecclesie memorate, que sub umbra eius graviter in spiritualibus et temporalibus erat lapsa, pontificalem curam spontaneus resignaret[5)], venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Narbonensi[6)] et bone memorie Vticensi[e)] episcopo[7)], apostolice sedis legatis, nostris dantes litteris in mandatis, ut ipsum ad id inducere procurarent[8)]. Sed idem archiepiscopus citatus pluries ab eisdem non solum ad ipsos accedere non curavit, verum etiam, sicut nobis innotuit per ipsius litteras Narbonensis, cum excommunicatus fuerit ab eisdem, divina in anime sue periculum celebrare officia non desistit, preesse quidem desi-

---

5. [a)] *Bosquet:* Agenen. [b)] *Bosquet:* Agenen. [c)] *Am Rande drei Punkte und ein Strich; am rechten Rand:* de p(ri)vacione ep(iscop)i p(ro)pt(er) mala(m) vitam. *Darunter:* plura pulcra. [d)] *Bosquet:* inculcatis. [e)] *Bosquet:* … Vticensi.

5. [1)] Wilhelm (II.) Amanieu, EB. von Bordeaux 1208–1227. Vgl. Lainé, *Fasti XIII: Bordeaux*, 104–111.

[2)] Arnald von Rovinha, B. von Agen (Suffr. von Bordeaux) 1206/1209–1228. Vgl. Ryckebusch, *Fasti V: Agen*, 74–76.

[3)] Peter, als Abt von Saint-Pierre in Clairac (Ben.-Abtei, Diöz. Agen, Dép. Lot-et-Garonne) bezeugt 1213–1231, Mitglied der Delegation der Prälaten und Simons von Montfort an den Papst im Frühjahr 1213. Vgl. *Gallia Christiana* II 942; Petri Vallium Sarnaii Hystoria Albigensis § 398 (ed. Guébin–Lyon) II, S. 95 mit Anm. 3; *Dict. HGE* 6 (1953) 1031f.

[4)] Bernhard (IV.) von Montaut, EB. von Auch 1200–1214. Vgl. *Gallia Christiana* I 989f.; *Dict. HGE* 5 (1931) 280; 8 (1935) 1048f. S. Br. XIII 88 vom Juni 1210, in dem die päpstlichen Legaten mit der Untersuchung der Vorwürfe gegen den Erzbischof beauftragt wurden, und unten Anm. 5.

[5)] Br. XIV 32 (32, 33) vom 15. April 1211.

[6)] Arnald Amalrici (Amaury), Abt von Cîteaux (Zist.-Abtei, Diöz. Châlons-en-Champagne, Dép. Côte-d'Or) 1200/1201–1212, EB. von Narbonne 1212–1225. Vgl. *Dictionnaire des auteurs cisterciens* I/1 54f.; *LMA* 1 (1980) 996f.; Marilier, *Catalogue*, 2; Alvira Cabrer, *Arnaud Amaury*; Brouns–Matz–Vallière, *Fasti XIX: Narbonne*, 138–140.

[7)] Raimund (III.), B. von Uzès (Suffr. von Narbonne) 1208–1212 Dezember. Vgl. *Gallia Christiana* VI 623–625; Charvet, *Maison*, 113f.

[8)] Br. XIV 32 (32, 33) a pari.

derans non prodesse[9)], cum non modo subditum sibi populum iuxta pontificale officium non erudiat, quinimo[f)] detestabilis vite ac conversationis exemplo inficiat et corrumpat tot circumdatus flagitiis et opertus, ut, si etiam correctioni vellet intendere subditorum et bona predicare opera, que non agit, ipso verba sua operibus impugnante ad eum reverteretur vacuus sermo eius, cum[g)], cuius vita despicitur, etiam predicatio contempnatur. Et ut de multis, que obitiuntur eidem, aliqua exprimamus: hereticorum esse dicitur receptator et fautor[10)], aleator et dilapidator notissimus, simoniacus etiam et periurus atque adeo deditus ad carnalium flagitia voluptatum, ut sicut aqua effusus incestuosa quoque commertia non evitet. Luget ergo non solum ecclesia, verum etiam tota diocesis, quinimmo tota provintia Auxitana, cum idem querens in ovibus solummodo lac et lanam nec curans gregem sibi creditum pascere, sed se ipsum infirma nequaquam consolidet vel reducat abiecta, confracta non alliget et perdita non requirat, sed cum austeritate imperans et potentia factus sit illis odor mortis in mortem, quibus se odorem vite in vitam debuerat exhibere. Propter quod capitulum ipsius ecclesie nobis humiliter supplicavit, ut eorum miserie miserentes ad radicem huiusmodi sterilis ymo pestifere arboris securim tandem apponere ac in eadem ecclesia plantare arborem fructiferam dignaremur.

vgl. Ez 34, 3f; Za 11, 15

vgl. 2Cor 2, 16

vgl. Mt 3, 10; Lc 3, 9

Licet autem idem archiepiscopus in nostra presentia constitutus[h)] quandam inanem appellationem et aliquas frivolas excusationes proponere conaretur, ne[i)] tamen dicta conqueratur ecclesia, quod usque ad raucedinem fautium clamans non fuerit exaudita et querens non invenerit consolantem et nos, quibus esse dictum credimus in propheta: ‹‹Ecce constitui te super gentes et regna, ut evellas et dissipes, edifices atque plantes››, officium nostrum negligere videamur, eundem archiepiscopum, cum super criminibus multis et gravibus sit publice infamatus et habeatur nichilominus [de gravi][j)] dilapidatione suspectus, ab amministratione spiritualium et temporalium duximus suspendendum per apostolica scripta precipiendo mandantes, quatenus, si legittimus accusator vel etiam denuntiator apparuerit contra eum, inquiratis super premissis et aliis, que adversus eundem proponi contigerit, solicite veritatem, et si eum constiterit aliqua seu aliquid, quod ad depositionem sufficiat, commisisse, in eum depositionis sententiam sublato appellationis obstaculo proferatis et faciatis ecclesie supradicte per ipsius capituli electionem canonicam cum consilio vestro de persona idonea provideri. Si vero infra mensem post denuntiationem vestram contra ipsum nec accusator nec denuntiator etiam apparuerit, cum frequentes clamores, qui ad nos de ipsius actibus ascenderunt, dissimulare nec debeamus ulterius nec velimus, vos eidem purgationem canonicam cum quinta manu vicinorum episcoporum, qui eius vitam et conversationem noverint, indicatis, eundem, nisi secundum formam * predictam infra unius mensis spatium se purgaverit, a iamdicta ecclesia penitus ammoventes[k)], de persona idonea provideri facientes eidem iuxta formam superius comprehensam. Taliter autem mandatum apostolicum exequamini, quod zelus domus Dei vos comedere comprobetur.

vgl. Ps 68, 4

vgl. Ier 1, 10

vgl. Gn 18, 20f; Ex 2, 23

* fol. 137v

vgl. Ps 68, 10; Io 2, 17

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera. Vos denique, fratres archiepiscope et episcope, super vobis et cetera.

Datum Laterani, XII Kal. Iunii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

---

f) *Bis hierher am linken Rand ein senkrechter, z. T. gewellter Strich; am rechten Rand ein Zeichen, das vielleicht eine verweisende Hand stilisiert.* g) *Bosquet:* eum. h) *Bei Bosquet und Migne folgt:* nuntium destinaverit, qui. i) *Bosquet:* nec. j) *So Bosquet und Migne.* k) *Bei Bosquet und Migne folgt:* et.

9) Vgl. *Decretum Gratiani* C. 1 q. 1 p. c. 43; C. 8 q. 1 c. 11 (Friedberg, *CorpIC*, I 375, 593f.).

10) Vgl. Br. II 1, die Dekretale „Vergentis“ = Rain.13, 3 = Luc. 102 = Alan. 5. 6. un. = Alan. K. 5. 6. un. = Gilb. 5. 4. un. = Gilb. Brux. 5. 4. un. = Bern. 5. 5. 1 = X 5. 7. 10 (Friedberg, *CorpIC*, II 158).

6.

Innocenz III. wirft den auf dem Generalkapitel versammelten Äbten und Prioren des Cluniazenserordens regelwidrige Bereicherung zu Lasten von ihnen anvertrauten kirchlichen Gütern vor, führt als Beispiel das in den Spiritualia und Temporalia heruntergekommene Priorat La Charité(-sur-Loire) an und trägt ihnen auf, sich um Behebung der Schäden zu bemühen, das jährliche Generalkapitel wahrzunehmen und den Abt (Wilhelm) von Cluny bei der Reform von La Charité zu unterstützen.

Lateran, 1213 März 15.

Reg. Vat. 8, fol. 137^{v} ⟨*Nr.* 6 *bzw.* 9⟩.
Bosquet 526, Nr. 6 = Baluze II 738, Nr. 6 = Migne, PL, 216, 791, Nr. 6; De Lespinasse, Cartulaire, 73, Nr. 21. – Potth. Reg. 4680; Bernard–Bruel, Chartes, VI 4470.

Universis abbatibus et prioribus Cluniacensis ordinis ad generale capitulum[a)] convenientibus.

Si[b)] diligenti meditatione pensabitis, qualiter vita monastica sub primis ordinis patribus
vgl. Ps 79, 12 pullulavit et palmites longe lateque producens ad mortifera circumquaque venena pellenda flores bonorum operum protulit et boni nominis effudit odores, pervigili cura studebitis eorum inherere vestigiis, per quos in deserto mundi huius plantata est et fructificavit in pluribus vitis monastice honestatis, hii nimirum monastica frugalitate contenti et optimum ponentes in paupertate principium assecuti sunt in Domino tocius sufficientie complementum, ecclesiarum prelatis accepti, ante reges et presides vita et merito gloriosi. Nunc autem, quod merentes dicimus, etsi non a cunctis in omnibus, a plerisque tamen ex vobis in pluribus dicitur declinatum in tantum, quod contra vestri ordinis regulam manu nimis
vgl. Mt 25, 24. 26; Lc 19, 21. 22 avida colligentes, ubi forsitan non sparsistis, dum loculos proprios replere nitimini, bona ecclesiarum, que vestro committuntur regimini, vacuatis, sic ambitioni vacantes, quod in locis, quibus preestis, terrene paupertatis opes queritis, non opem impenditis consilii salutaris.

Ecce inter alia loca vestra presidentium culpa depressa prioratus de Caritate[c), 1)], qui olim in spiritualibus florens in temporalibus habundabat, tanta corruptela marcessit et tam arida deprimitur paupertate, quod, nisi aliorum relevetur auxilio, vix adicere poterit, ut resurgat. Alias etiam, sicut accepimus, tam in vobis quam aliis cure vestre commissis adeo pernitiosi facti estis exemplo, quod antiquis patribus loco tantum et habitu non prerogativa virtutum videmini successisse, sed eo plures contagio corruptionis inficitis, quo pluribus illi, quorum loca tenetis, correctionis exempla vite magisterio exhibebant.

Ne vero indigne illorum privilegiis gaudeatis, quorum non servatis in moribus disciplinam, per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus incipientes facere, quod possitis liberius edocere, in vobis et subditis hec et hiis similia corrigatis, tantoque plus luceant
vgl. Mt 5, 16 opera vestra bona coram hominibus, ut glorificent Patrem vestrum, qui est in celis, quanto magis mala preterita facti evidentia publicavit, et ubi maior ruina precessit, ibi maioris

---

6. [a)] conciliu(m); capitulum *bei Bosquet und Migne; s. auch unten S. 15 Z. 4.* [b)] *Am Rande zwei kurze schräge Striche und:* de refor(ma)tione mon(asteri)or(um). [c)] *Migne:* Charitate.

6. [1)] Priorat La Charité-sur-Loire (Ben.-Priorat von Cluny, Diöz. Auxerre, Dép. Nièvre); zum „Aufstand" des Priorats La Charité gegen das Mutterkloster Cluny, 1212–1216, der auf Unabhängigkeitsbestrebungen schon 1130 zurückgeht, vgl. Poeck, *Cluniacensis ecclesia*, 193–209; Bredero, *Cluny*, 152, 162; Cygler, *Ordre*, 78–83, bes. 78–80; Foreville, *Innocent III et la France*, 53–55. S. Br. XV 144 und 195 (193).

reparationis sollicitudo sequatur, et dampnum, quod divulgata malitia intulit, manifeste bonitatis suffragio restauretur. Quia vero integrum consuevit esse iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, et que profectum communem respiciunt, tractari solent melius in communi, annuatim interesse capitulo generali omni occasione postposita studeatis, que ibidem secundum Deum et beati Benedicti regulam fuerint instituta, firmiter servaturi, et tam in hiis quam in aliis dilecto filio .. abbati Cluniacensi[2)] tamquam devoti filii patri et membra convenientia capiti obedientiam et reverentiam debitam impendentes circa reformationem prioratus de Caritate[d)] manum auxilii et consilii apponatis, tantaque in premissis diligentia vigiletis, quod nec in vobis per culpam, nec in subiectis per negligentiam offendentes corrigatis in posterum, quod in preterito commisistis.

Vos denique, filii abbates, super vobis ipsis et cetera.

Datum Laterani, Idus Martii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

7.

Innocenz III. antwortet dem Patriarchen (Albert) von Jerusalem, päpstlichem Legaten, wie er in der Sache des Königs (Leo) von Armenien vorgehen soll: Er soll den König, der um Absolution von der wegen Übergriffen gegen die Templer inkurrierten Exkommunikation bittet, mit den entsprechenden Auflagen absolvieren; einer erbetenen Hilfe durch den Patriarchen im Streit um die Grafschaft Antiochia zugunsten seines Neffen (Raimund-Ruben) habe er sich durch den jüngsten Überfall unwürdig gemacht; die Behauptung des Grafen (Bohemund) von Tripolis hingegen, er habe Antiochia als Lehen des Kaisers (Heinrich) von Konstantinopel, dem der Papst gewährt habe, dass für die Grafschaft kein kirchliches Gericht zuständig sei, sei falsch und nichtig.

(Lateran, 1213 ca. März 2. Hälfte)[1)].

Reg. Vat. 8, fol. 137^{v} ⟨*Nr.* 7 *bzw.* 10⟩.

Bosquet 527, Nr. 7 = Baluze II 738, Nr. 7 = Migne, PL, 216, 792, Nr. 7; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 441, Nr. 205 (teilweise). – Potth. Reg. 4685; Röhricht, Regesta, 863; Claverie, Ordre, III 420, Nr. 488.

Patriarche Ier(oso)limitano, apostolice sedis legato[2)]**.**

Sollicitudinem tuam in Domino commendamus, eo quod circa Terre sancte profectum adeo sollicitus et studiosus existis, ut ei tam in spiritualibus quam temporalibus te pro viribus exhibeas fructuosum. Accepimus sane per litteras tuas, quod, postquam venerabilis frater noster .. episcopus Sidoniensis[3)] iter arripuit ad sedem apostolicam ve-

---

[d)] Carita*; Migne:* Charitate.

[2)] Wilhelm (II.) von Elsaß, Abt von Cluny (Diöz. Mâcon, Dép. Saône-et-Loire) 1207–1215 (resigniert), gest. 1222. Vgl. *Dict. HGE* 13 (1956) 78f.

7. [1)] Die nach der Expedierung der Br. 28–30 und nach dem 21. Mai (Br. 5) gebündelt eingetragenen Briefe (s. Einleitung S. IX) stehen in mehr oder weniger chronologischer Reihenfolge; der vorliegende Brief kann daher wohl auf die 2. Märzhälfte datiert werden.

[2)] S. Br. XVI 2 Anm. 6.

[3)] Radulf von Merencourt, Domdekan von Akkon, Kanzler des Königreichs Jerusalem 1206–1215, Bischof von Sidon (Libanon, Suffr. von Tyrus) 1210–1214, Patriarch von Jerusalem 1214/1215–1224. Vgl. Mayer, *Kanzlei*, 294–317 und ad indicem; Eck, *Kreuzfahrerbistümer*, 161–171.

niendi[4], tu a rege[a] illustri Armenie[5] multa plenas humilitate verborum litteras recepisti, quibus significabat se pro reverentia nostra ad consilium et precum tuarum instantiam pacem cum Templariis reformasse[6] querelis eorum satisfaciens competenter, et quoniam per excommunicationis sententiam diu fuerat ab ecclesia separatus[7], unde se plurimum contristari dicebat, absolutionis beneficium humiliter postulabat supplicans nichilominus et instanter, ut, sicut a nobis receperas in mandatis, comitem[b] Tripolitanum[8] ad faciendum sub examine tuo nepoti suo iustitiam de Antiochia et principatu eius ecclesiastica, si opus esset, districtione compelleres, cum idem nepos ipsius super hiis paratus existeret sub tuo iudicio litigare[9]. Verum cum predictum comitem convenisses, ut pro tantis malis tantisque periculis evitandis in iamdicta controversia iuxta mandatum et dispositionem nostram ad iusticiam se offerret, respondit se Antiochiam ab imperatore Constantinopolitano[10] tenere nec sibi videri tutum aut iustum, ut de ipsa conventus in alterius quam eiusdem domini sui iudicio responderet; addidit etiam ipsum imperatorem hanc a nobis indulgentiam impetrasse, ut deinceps comitem non cogeremus eundem de Antiochia sub ecclesiastico iudice litigare. Quid autem super hiis tibi esset agendum, certificari responso sedis apostolice postulasti.

13) Dornecy, Cant., Arr. Clamecy, Dép. Nièvre, Diöz. Autun. Vgl. Monumenta Vizeliacensia 643 (Index). Zu den diesbezüglichen Übergriffen des Grafen s. Br. XIV 126 Bd. 14 S. 192 Z. 32–S. 193 Z. 1.

14) S. Br. XVI 162 (159) S. 286 Z. 28–S. 287 Z. 20.

Reg. Vat. 8, fol. 143^{v} ⟨Nr. 23 bzw. 28 und 29⟩.

Bosquet 544, Nr. 23 = Baluze II 749, Nr. 23 = Migne, PL, 216, 811, Nr. 23; Rouquette–Villemagne, Bullaire, I 351, Nr. 195; Mansilla, Documentación, 540, Nr. 500; Alvira Cabrer, Pedro el Católico, IV 1517, Nr. 1488. – Potth. Reg. 4697.

Archiepiscopo[1] et abbati sancti Pauli[2], Narbonen(sibus), et priori Fontisfrigidi[3], Narbonensis diocesis.

Carissima in Christo filia illustris regina Aragonum[4] de hominibus Montispessulani[5] plenam iniuriis nobis obtulit questionem, qui, sicut asseruit[a], redditus loci eiusdem, castrorum et villarum in districtu Montispessulani existentium ad eandem reginam de iure spectantes, eisdem a viro suo .. illustri rege Aragonum[6] titulo pignoris[b] obligatos contra iusticiam[c] detinent et ei reddere contradicunt[d], cum ipsa pignoris obligatio, utpote de re dotali, de iure robur non habuerit firmitatis[7], que, si aliquem sortita fuisset effectum, tanto tempore ipsarum rerum redditus perceperunt, quod non solum extenuatum est debitum, verum etiam non modicam summam pecunie restituere tenentur eidem[8]. Castrum nichilominus, quod ibidem habebat, funditus diruerunt inde lapides et cementum[e] in maioris contemptus obprobrium asportantes[9], et ad iura dominii manibus suis extensis notarium et consules in Montepessulano fecerunt contra voluntatem ipsius et in dampnum eius pisces vendi faciunt in locis aliis, quam consuetum fuerit ab antiquo, nomine consulum et non regine facientes banna et edicta proponi. Preterea castrum de Latis[10], quod multis inhabitatur[f] hominibus, partim ruina, partim incendio destruxerunt

---

23. [a]) *Baluze, Migne:* asserit. [b]) pignori; pignoris *bei Bosquet und Migne.* [c]) *Davor* I- *als Initiale ausgestaltet und illuminiert, daneben die Briefnummerierung:* 29*; s. Einleitung S. XVII.* [d]) contradictu(m); contradicunt *bei Bosquet und Migne.* [e]) *Bosquet, Migne:* cementa. [f]) *Bosquet, Migne:* inhabitabatur.

23. [1]) S. Br. XVI 5 Anm. 6.

[2]) Peter (III.), als Abt von Saint-Paul (Kollegiatstift in Narbonne) bezeugt 1204–1221. Vgl. *Gallia Christiana* VI 146.

[3]) Zist.-Abtei Fontfroide bei Narbonne.

[4]) Maria, Tochter Wilhelms VIII., Herrn von Montpellier 1172–1202, und der 1187 von diesem verstoßenen Eudoxia Komnena, geb. um 1182, in dritter Ehe seit 15. Juni 1204 mit König Peter von Aragón verheiratet, der seit 1206 die Scheidung anstrebte, was der Papst letztinstanzlich verweigerte (s. Br. IX 91, 246 [248] und XV 223 [221]), gest. nach Mitte April 1213 in Rom. Vgl. *LMA* 6 (1993) 280; Vincke, *Eheprozess*, passim; Aurell, *Noces*, bes. 427–466.

[5]) Montpellier, Dép. Hérault.

[6]) Peter II., König von Aragón, Graf von Barcelona 1196–1213.

[7]) Vgl. Digesten 23. 5. 4 (Ed. Mommsen 309).

[8]) König Peter hatte den Einwohnern von Montpellier für 75.000 bzw. 100.000 Solidi von Melgueil die Burg von Montpellier, die Einkünfte aus der Stadt und die Burg von Lattes (unten Anm. 10) aus der Mitgift Marias verpfändet. S. die Verträge vom 1. März 1205 und 4. Juli 1206, Dr.: Alvira Cabrer, *Pedro el Católico*, II 621, Nr. 509; 742, Nr. 648.

[9]) Das bezieht sich, ebenso wie die Zerstörung der Burg von Lattes (unten Z. 19f.), auf den Aufstand der Bewohner von Montpellier gegen Peter von Aragón im Herbst 1206. S. auch den Friedensvertrag zwischen Peter und den Konsuln von Montpellier vom 27. Oktober 1206 (Dr.: Alvira Cabrer, *Pedro el Católico*, II 752, Nr. 659) und die päpstliche Approbation des Friedensvertrags vom 13. April 1207 (Potth. Reg. 3084; Dr.: Alvira Cabrer, *ebd.*, 771, Nr. 679). Vgl. Rouquette–Villemagne, *Bullaire*, I 308f., 353f.; Smith, *Innocent III*, 72–74. Die Abtragung der Burg von Montpellier hatte Maria den Einwohnern am 4. August 1207 zugestanden; vgl. Rouquette–Villemagne, *Bullaire*, I 353.

[10]) Lattes, Arr. Montpellier, Dép. Hérault.

pluribus ex eiusdem loci hominibus interfectis. In hiis autem et aliis eadem regina[g] asserebat[g] se dampna multarum milium marcarum et plurium solidorum per illorum iniurias incurrisse, qui etiam, tamquam hec non sufficerent ad offensam, de quodam castro ipsius regine carissimum in Christo filium nostrum illustrem[h] regem Aragonum expulerunt, ut sic eum adversus ipsam[i] tacite provocarent et ut inter eos contra iura matrimonii maioris incentivum discordie suscitarent, regem iurare fecerunt eundem, ut Monte(m)pessulanum infra biennium non intraret[11].

Volentes [autem][j] eidem regine in suo iure adesse, qui sumus omnibus in iusticia debitores, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis et auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, appellatione postposita decernatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, prefatos etiam homines Montispessulani per eandem censuram appellatione postposita compellentes, ut super expensis, quas propter hec eadem fecit regina, ipsi satisfatiant, ut tenentur. Interim autem eosdem homines ad solvendam ipsi regine medietatem omnium reddituum patrimonii eius et, ut de subtractis satisfaciant competenter, per districtionem ecclesiasticam, sicut iustum fuerit, sublato appellationis obstaculo compellatis. Testes autem et cetera. vgl. Rm 1, 14

Quodsi non omnes et cetera, tu, frater archiepiscope, cum eorum altero et cetera. Vos denique, frater archiepiscope et fili abbas, super vobis ipsis et cetera.

Datum Laterani, VI Idus Aprilis, pontificatus nostri anno sextodecimo.

24.

Innocenz III. trägt den Äbten (Arnold) von Murbach und (Eberhard) von Salem und dem Domzellerar H(einrich) von Basel auf, den von seinem Konvent vertriebenen Propst R(udolf) von Marbach wieder in sein Amt einzusetzen, nachdem er das in irregulärem Verfahren gefällte Absetzungsurteil gegen Letzteren durch den Abt (Hezelo) von Pairis und dessen Kodelegaten aufgehoben hat; doch sollen sie dem Propst im Fall des Verdachts der Verschleuderung von Klostergut zwei Koadjutoren für die Güterverwaltung zur Seite stellen, weiters die anderen gegen ihn erhobenen Vorwürfe untersuchen und ihn, sollten diese zutreffen, absetzen und eine Neuwahl veranlassen.

Lateran, 1213 April 6.

Reg. Vat. 8, fol. 143^{v}, 140^{r} ⟨*Nr.* 24 *bzw.* 30⟩.

Bosquet 545, Nr. 24 = Baluze II 750, Nr. 24 = Migne, PL, 216, 812, Nr. 24; Bernoulli, Acta pontificum Helvetica, I 50, Nr. 66. – Potth. Reg. 4692; Bréquigny, Table chronologique, IV 549.

[g–g]) *Bosquet, Migne:* asserebat regina. [h]) *Bosquet:* … illustrem. [i]) *Bosquet, Migne:* eam. [j]) *So Bosquet und Migne*.

[11]) Den Eid, bis zur Auslösung der Pfänder Stadt und Territorium nicht zu betreten, leistete der König am 27. Oktober 1206, Dr.: Alvira Cabrer, *Pedro el Católico*, II 758, Nr. 660.

Morbacensi[a, 1)] et de Salem[2)] abbatibus, Basiliensis et Constantiensis diocesum, et H(enrico), celerario Basiliensi[3)].

Accendentibus[b)] ad sedem apostolicam dilecto filio R(udolfo), preposito Marbacensi[4)], et Hen(rico)[c)], procuratore Marbacensis ecclesie, dilectum filium R(obertum), tituli sancti Steph(an)i in Celiomonte presbiterum cardinalem[5)], concessimus auditorem, coram quo proposuit prepositus memoratus, quod, cum olim de mandato venerabilis fratris nostri Basiliensis[d)] episcopi[6)] litterarum nostrarum contra O(ttonem) maledictum et reprobum[7)] fidus et verus interpres coram universo clero et terre nobilibus et aliis multis astantibus latam a nobis in reprobum supradictum excommunicationis sententiam constanti mente ac voce intrepida divulgaret, canonici eius ibi occasionem odii mendicantes[e)], ubi eis dilectionis materia poterat habundare, in ipsum unanimiter conspirarunt et quorundam laicorum favore suffulti eum a Marbacensi ecclesia iam annis elapsis duobus turpiter eiecerunt. Cumque idem prepositus a nobis obtinuerit dari Luzelacensi abbati[8)] et suis coniudicibus nostris litteris in mandatis, ut fratres predictos per censuram ecclesiasticam cogerent eidem reverentiam et obedientiam debitam exhibere, necnon ad venerabilem fratrem nostrum Metensem episcopum, tunc Spirensem[9)], nostras litteras impetrarit, ut quoslibet imperiales ecclesiastica districtione compelleret, ne ipsum in aliquo molestarent, interim dicti canonici adversus eum ad abbatem Parisiensem[10)] et suos coniudices a sede apostolica quasdam

---

24. [a)] *Bosquet, Migne:* Marbacensi. [b)] *Vor dem vollständig geschriebenen Wort zusätzlich die rubrizierte Initiale.* [c)] *So Bosquet und Migne.* [d)] *Bosquet:* … Basilien. [e)] *Baluze, Migne:* medicantes*; vielleicht* meditantes *gemeint; vgl. Einleitung S. XXXII.*

24. [1)] Arnold von Montjoie, Abt von Murbach (Ben.-Abtei, Diöz. Basel, Dép. Haut-Rhin) 1196–1216. Vgl. Legin–Étienne–Bornert, *Murbach*, 165.

[2)] Eberhard von Rohrdorf, Abt von Salem (Zist.-Abtei, Diöz. Konstanz, Baden-Württemberg) 1191–1240 (resigniert), gest. 1245. Vgl. *NDB* 4 (1959) 230; Pixton, *Anwerbung*, 167f.; Borst, *Mönche*, 191–209, 550f.; Schneider, *Salem*, 140.

[3)] Heinrich, als Domzellerar von Basel bezeugt 1212. Bereits in der ersten Jahreshälfte 1213 ist sein Nachfolger Walter bezeugt. Vgl. Welti, *Urkunden Rheinfelden*, 1, Nr. 3; Kocher, *Solothurner UB*, 161, Nr. 280.

[4)] Rudolf, Propst von Marbach (Augustiner-Chorherrenstift, Diöz. Basel, Dép. Haut-Rhin) (nach) 1204–1214 (von Konventsangehörigen ermordet). Vgl. Goehlinger, *Histoire*, 86; Hampe, *Geschichte*.

[5)] S. Br. XVI 17 Anm. 6.

[6)] S. Br. XVI 18 Anm. 12.

[7)] Otto IV. von Braunschweig, römisch-deutscher König 1198, am 4. Oktober 1209 zum Kaiser gekrönt. Gest. 1218. Zur Exkommunikation Kaiser Ottos IV. im Februar (latae sententiae) bzw. Sommer (in zwei Briefen an den EB. von Ravenna und B. von Cremona) und am 18. November (allgemeine Verkündigung) 1210 (*BFW* 445e, 10723a) vgl. Haidacher, *Zeitpunkt*, zu Verhandlungen des Papstes mit deutschen Fürsten bereits 1210 bes. 153f., 184; ders., *Exkommunikation*. Am 31. März 1211 bekräftigte der Papst die Exkommunikation (*BFW* 445c). Im April/Juni und im September 1211 wurde König Friedrich von Sizilien in Nürnberg zum römisch-deutschen König gewählt. Vgl. *BFW* 646b, 10727a; Haidacher, *Beiträge*, 57f.; 61, Nr. 5; Hucker, *Otto IV.*, 298f.; teilweise abweichend Tillmann, *Datierungsfragen*; Stürner, *Friedrich II.*, I 128–132. S. Br. XIV 77 (78).

[8)] Konrad (II.) von Rodersdorf, Abt von Lützel/Lucelle (Zist.-Abtei, Diöz. Basel, Dép. Haut-Rhin) 1190/1191–1221. Vgl. Chèvre, *Lucelle*, 297; Zimmermann–Bornert, *Lucelle*, 19, 114.

[9)] Konrad von Scharfenberg, 1198–1200 Protonotar Philipps von Schwaben, 1208 Hofkanzler Ottos IV., B. von Speyer 1200–1224, B. von Metz 1212–1224. Er fiel 1212 von Otto IV. ab und erscheint am 5. Oktober 1212 als Kanzler Friedrichs II. Vgl. Bienemann, *Conrad*, bes. 30–58, 150f.; Hucker, *Otto IV.*, 415f., Nr. 43; 539f., 733 (Index); Schütte, *Philipp*, 507–512, 588 (Index); Gatz–Brodkorb, *Bischöfe*, 441f.; *MGH DD F.II.* Bd. II 13, Nr. 175; Friedl, *Pragmatismus*, 223f.; Mamsch, *Kommunikation*, 440 (Index); Zölch, *Bischöfe*, 57–169.

[10)] S. Br. XVI 18 Anm. 14.

litteras impetrarunt. Iidem vero iudices terminum peremptorium[f)] premittentes locum ei assignavere suspectum[11)] et, licet tam propter hec[g)] quam alias causas recusationis legittime illorum potuisset iudicium[h)] declinare, tamen coram eis in modum exceptionis obiecit, quod prius deberet restitui quam adversariorum[i)] petitionibus respondere[j, 12)], cum nec nudus contendere nec inermem se deberet[k)] opponere inimicis, et, ne ipsum iudices ad respondendum restitutione non previa cogerent, ad sedem apostolicam appellavit, ipsi vero, licet tractatum de compositione premiserint, tandem[l)] adversariis ipsius prepositi ab examine venerabilis fratris nostri .. episcopi Basiliensis, in quem sub interpositione fidei fuerat a partibus compromissum, ad iudices eosdem reversis in ipsum prepositum absentem et non restitutum, lite nullatenus contestata, post appellationem ad nos legittime interpositam[13)] depositionis sententiam promulgarunt[m)] dantes canonicis de facto licentiam eligendi alium in pastorem. Unde petebat idem prepositus, ut, cum ipsa sententia, si sententia dici deberet, contra solitum ordinem iudiciorum fuerit promulgata[14)], denuntiare dignaremur eandem irritam et inanem et ipso plenarie restituto eius adversarios periuros, excommunicatos, participantes excommunicatis et conspiratores et possessiones ecclesie contra tenorem confirmationis nostre minus licite distrahentes faceremus per aliquos canonice[n)] subici ultioni.

Procurator autem canonicorum proposuit ex adverso, quod, cum canonici Marbacenses dictum R(udolfum) super periurio duplici, dissolutione vite, furtiva subtractione privilegiorum ecclesie ac dilapidationis vitio coram dicto abbate Parisiensi et suis coniudicibus delegatis a nobis impeterent, ipse de meritis cause diffidens ad exceptiones divertit inanes quibusdam causis suspitionis adversus unum[o)] de iudicibus allegatis, in quarum probatione defecit. Iudices autem, ne viderentur mandati apostolici contemptores, se ad principalis[p)] * questionis examen exigente iusticia converterunt, nec opus erat, ut eum ad petitionem restitutionis admitterent, quem dilapidationis obiectu pars altera repellebat, ne daretur eidem in re familiari crassandi facultas. Cum enim de dilapidatione suspectus debeat ab amministratione suspendi, memoratus R(udolfus) evidens dilapidator existens ab amministrationis petitione levi poterat exceptione repelli, contra quem, ut ammoveretur ab ea, daretur actio ad agendum, nec super spoliatione huiusmodi poterat coram eisdem iudicibus litigare, cum ad alios super hoc nostras litteras impetrasset; preterea, si prepositus idem de spoliatione in modum actionis agebat, canonicorum questio, que ordine propositionis precesserat, precedere terminatione debebat; quodsi expoliatio[q)] fuit in modum exceptionis obiecta, non propter hoc erat ei restitutio facienda. Unde iudices ipsius prepositi frivole appellationis diffugio non obstante, cum esset in litteris nostris appellationis obstaculum interdictum, cognitis cause meritis in eum depositionis sententiam protulerunt. Quapropter dictus procurator instabat, ut sententiam ipsam, pro qua presumi debebat, donec contrarium probaretur, dignaremur apostolico munimine roborare.

* fol. 140r

[f)] *Über* p- *ein durchgestrichener Kürzungsstrich.* [g)] *Bosquet, Migne:* hoc. [h)] iudicu(m); iudicium *bei Bosquet und Migne.* [i)] *Migne:* adversarium. [j)] responde(re)t; respondere *bei Bosquet und Migne.* [k)] debe(re); deberet *bei Bosquet und Migne.* [l)] *Baluze, Migne:* tamen. [m)] -runt*, mit überflüssigem Kürzungsstrich über* -t*, nach durchgestrichenem* -vit *auf der Zeile angefügt.* [n)] *Am Rande von Hand desselben Schreibers mit Verweiszeichen eingefügt.* [o)] viru(m); unum *bei Bosquet und Migne.* [p)] *Am unteren Rand der Seite von neuzeitlicher Hand:* sequitur pag(ina) 140. [q)] *Bosquet, Migne:* spoliatio.

[11)] Vgl. *Decretum Gratiani* C. 33 q. 2 c. 4 (Friedberg, *CorpIC*, I 1151); Br. V 22 (23) Bd. 5 S. 44 Z. 4–9 = Comp. III 2. 19. 5 = X 2. 28. 47 (Friedberg, *CorpIC*, II 428).

[12)] Vgl. *Decretum Gratiani* C. 2 q. 2 c. 1, 6 (Friedberg, *CorpIC*, I 450f.).

[13)] S. Br. XVI 1 Anm. 17.

[14)] Vgl. Br. I 362 = Rain. 24. 1 = Coll. Hal. 70 = Coll. Luc. 20 = Gilb. 2. 8. 1 = Gilb. Brux. 2. 8. 1 = Bern. 2. 3. 1 = Comp. III 2. 3. 1 = X 2. 6. 1 (Friedberg, *CorpIC*, II 258f.).

Nos igitur auditis hiis et aliis per fidelem narrationem cardinalis predicti, que fuere proposita coram eo, cum non debuerit adversus eundem prepositum spoliatum post appellationem legittimam et lite non contestata procedi, maxime occasione litterarum, que veritate tacita fuerant impetrate[15)], processum iudicum eorundem et quicquid ex eo secutum est vel ob id decrevimus irritum et inane. Ceterum, quia se restitui principaliter petiit prepositus memoratus, cum constaret ipsum fuisse ab adversariis spoliatum, nos sententialiter restituentes eundem discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsum in corporalem possessionem Marbacensis prepositure sublato appellationis obstaculo inducatis et auctoritate nostra deffendatis inductum, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes; proviso prudenter, ut, si prefatus prepositus merito fuerit de dilapidatione suspectus, adhibeatis eidem circa curam et[r)] administrationem[r)] temporalium duos viros providos et fideles, sine quorum consilio et assensu amministrationem temporalium nequeat exercere, ne per usum amministrationis inutilis bona Marbacensis ecclesie dissipentur. Deinde super aliis, que hincinde fuere proposita, quia de ipsis nobis constare non potuit, vos partibus convocatis et auditis, que duxerint proponenda, quod canonicum fuerit, appellatione postposita statuatis et, si prescripta crimina contra dictum prepositum legittima probatione patuerint, vos ipsum a regimine Marbacensis ecclesie imperpetuum ammoventes appellatione remota faciatis ecclesie supradicte de alio viro idoneo in prepositum per electionem canonicam provideri; nullis litteris obstantibus preter assensum partium a sede apostolica impetratis.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera. Vos denique, filii abbates, super vobis ipsis et cetera.

Datum Laterani, VIII Idus Aprilis, pontificatus nostri anno sextodecimo.

25.

Innocenz III. erlaubt dem Abt (Hamelin) und Konvent von Vendôme, die ihrer Abtei gehörige Kirche S. Prisca auf dem Aventin in Spiritualia und Temporalia zu reformieren und dort Mönche nach der Benediktinerregel einzusetzen.

Lateran, 1213 April 9.

Reg. Vat. 8, fol. 140^{r} ⟨*Nr.* 25 *bzw.* 20⟩.
Bosquet 547, Nr. 25 = Baluze II 751, Nr. 25 = Migne, PL, 216, 814, Nr. 25. – Potth. Reg. 4698.

..[a)] Abbati[1)] et conventui Vindocinensibus.

Dilectus filius W., monachus vester, quem in promovendis ecclesie vestre negotiis sollicitum comperimus et prudentem, ex parte vestra proposuit coram nobis, quod in proposito

[r–r)] *Durch Unterstreichung getilgt.*

[15)] Vgl. Codex 1. 22. 2 (Ed. Krueger 75) = *Decretum Gratiani* C. 25 q. 2 c. 16 § 1 (Friedberg, *CorpIC*, I 1015); *JL* 14156 (Alexanders III.) = Comp. I 1. 2. 3 = X 1. 3. 3 (Friedberg, *CorpIC*, II 17).

25. [a)] *Fehlt bei Bosquet.*

25. [1)] Hamelin, Abt von Vendôme (Ben.-Abtei, Diöz. Angers, Dép. Loir-et-Cher) 1201–ca. 1222. Vgl. Métais, *Cartulaire*, II, Nr. 633, S. 513, Anm. 1; III, Nr. 663, S. 49, Anm. 1, und ad indicem; *Gallia Christiana* VIII 1371f.

et desiderio geritis ecclesiam sancte Prisce de monte Auentino ad vestrum monasterium pertinentem[2] reformare in temporalibus et spiritualibus ordinare instituendo monachos in eadem iuxta beati Benedicti regulam Domino servituros, dummodo dignitates et iura, que monasterio vestro competunt ex eadem, vobis et ipsi monasterio integra conservemus. Unde nobis humiliter supplicavit, ut super hoc nostre voluntatis beneplacitum vobis rescribere dignaremur. Nos igitur propositum vestrum commendantes in Domino et desiderium favore benivolo prosequentes insinuatione vobis presentium intimamus, quod, cum super eadem ecclesia nostrum vobis privilegium concesserimus[3], gratum nobis et acceptum existet, si efficaciter intenderitis ad ipsius commodum et augmentum[4].

Tu denique, fili abbas, super te ipso et cetera.

Datum Laterani, V Idus Aprilis, pontificatus nostri anno sextodecimo.

26.

Rechtsauskunft für den Bischof (Nikolaus) von Schleswig: Ein Kleriker, dessen Kirche zu einer anderen Diözese gehört als sein Wohnort auf seinem Eigenbesitz und der in Letzterem eine Verfehlung begeht, kann vom dortigen Bischof verurteilt werden, doch die Vollstreckung des Urteils bezüglich der Kirche erfolgt durch den für sie zuständigen Diözesan. Dem König kann eine einfache Klage gegen Exkommunizierte, die der Kirche den Zehent entziehen, vorgebracht werden, denen es selbst anzurechnen ist, wenn er die ihm gegebene Gewalt ausübt. Friedhöfe, in denen Exkommunizierte bestattet wurden, können mit geweihtem Wasser rekonziliiert werden. Prokurationen darf der Bischof nur einheben, wenn er die Visitation persönlich durchführt.

Lateran, 1213 April 29.

Reg. Vat. 8, fol. 140^{r} ⟨Nr. 26 bzw. 21⟩.

Empfängerüberlieferung: Kopien des 16. Jhs.: Tratziger Protokoll von 1570 in Schleswig, Landesarchiv Schleswig-Holstein, Abt. 7, Nr. 718, fol. 393^{r}–394^{r} (1); Riksarkivet København, 607, Sønderjyske fyrstearkiver Hans den Ældre, 49, fol. 317^{rv}–318^{r} (2).

Dumay 104, Nr. 2; Bosquet 548, Nr. 26 = Baluze II 751, Nr. 26 = Migne, PL, 216, 815, Nr. 26; Krarup, Bullarium Danicum, 89, Nr. 86; Skyum-Nielsen, Diplomatarium Danicum, I/5 51, Nr. 33. – Comp. IV 2. 2. 3; 3. 15. 1; Coll. Bamb. II 11a, b, c; Coll. Fuld. 2. 2. 10; 3. 32. 4; X 2. 2. 14; 5. 12. 21; 3. 40. 7. – Potth. Reg. 4722; Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Regesten, I 138, Nr. 290; Regesta Historiae Danicae II/1/1 36, Nr. 603.

---

[2]) S. Prisca auf dem Aventin in Rom wurde wohl vor 1066 (vielleicht 1063) dem Abt von Vendôme mit der Verleihung des Kardinaltitels übertragen. Zu den Fälschungen, Verfälschungen und Bestätigungen in päpstlichen Urkunden und zu den Anwesenheiten von Äbten und Mönchen von Vendôme in S. Prisca vgl. zusammenfassend Fürst, *Die „geborenen" Kardinäle*, 62–74.

[3]) Br. VIII 168 (167) vom 23. Dezember 1205, Bd. 8 S. 298 Z. 8–S. 299 Z. 13 mit Anm. 35: die Bestätigung von Kardinaltitel und Kirche.

[4]) Das Chronicon Vindocinense (ed. Marchegay–Mabille 176) vermerkt, dass Abt Hamelin 1215 als KP. von S. Prisca am Konzil teilnahm und „domum nostrum beatae Priscae reformavit".

Sleswicensi episcopo[1)]**.**

Postulasti[2)] per sedem apostolicam edoceri, utrum sacerdos ecclesiam habens in una diocesi et residens in eadem, domicilium vero patrimonii ratione in alia, ibique delinquens ab episcopo, in cuius habet diocesi patrimonium, pro delicto ibidem commisso debeat iudicari, presertim in causis, que officii seu beneficii privationem exposcunt. Ad quod breviter respondemus, quod per episcopum, in cuius deliquit diocesi, sententia promulgari poterit in eundem, sed ab episcopo, in diocesi[a)] cuius[a)] ecclesiam obtinet, erit quoad ipsam ecclesiam huiusmodi executio sententie facienda.

Quesisti[b, 3)] preterea, utrum contra quosdam contempta excommunicationis sentencia debitas ecclesiis decimas subtrahentes tibi[c)] regiam implorare liceat[c)] potestatem[d)], cum ad solutionem ipsarum vix absque[e)] sanguinis effusione valeant cohartari[f)]. Ad quod[g)] tibi duximus respondendum, quod, si te de huiusmodi querimoniam simpliciter deponente[h)] rex, cui ad bonorum laudem et malefactorum vindictam gladius est commissus, in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatem, eorum erit duritie imputandum.

vgl. 1Pt 2, 14

Cimiteria[4)] vero, in quibus excommunicatorum corpora sepeliuntur per suorum violentiam propinquorum, reconcilianda erunt aspersione aque solenniter benedicte, sicut in ecclesiarum dedicacionibus[i)] consuevit.

Procurationes autem, que visitationis ratione debentur, sine manifesta et necessaria causa non exigas, nisi cum personaliter officium visitationis impendis.

Tu denique, frater episcope, super te[j)] et cetera.

Datum Laterani, III Kal. Maii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

---

26. [a–a)] *Dumay:* cuius diocesi. [b)] *Bosquet, Dumay, Migne:* Quaesivisti. [c–c)] *Dumay:* regiam tibi liceat implorare. [d)] *Darnach, durch Unterstreichung getilgt:* eor(um) erit duritie imputandu(m). Cimiteria v(er)o in quibus *(s. unten Z. 15f.).* [e)] -s- *über der Zeile eingefügt.* [f)] *Bosquet, Dumay, Migne:* coarctari. [g)] *Bosquet, Migne:* quae. [h)] *Dumay:* reponente. [i)] *Bei Dumay folgt:* fieri. [j)] *Bosquet:* teipso*; so auch Migne.*

26. *Empfängerüberlieferung (kollationiert mit Digitalisaten der Kopien im Landesarchiv Schleswig-Holstein [1] und im Riksarkivet København [2]):*

1: Sleswicensi episcopo] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Slesuicensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem *1*, *2*. 5: quod] *fehlt 1*. 8: facienda] faciendae *2*. 9: quosdam] quendam *1*, *2*. 9: contempta] contemptae *1*. 10: ecclesiis] ecclesiae *1*, *2*. 10: subtrahentes] subtrahentem *1*, *2*. 11: tibi] *fehlt 1*, *2*. 12: querimoniam] quaerimonia *1*, *2*. 13: vindictam] poenam *1*, *2*. 15: vero in] verum *1*, *2*. 20: et cetera] ipso (*1)* et credito tibi grege taliter vigilare procures extirpando vitia, plantando virtutes, ut in novissimo districti examinis die coram tremendo iudice, qui reddit unicuique secundum opera sua, dignam possis reddere rationem *1*, *2*.

26. [1)] Nikolaus, B. von Schleswig 1208–1233/1234, vielleicht Elekt seit 1193. Vgl. Gatz–Brodkorb, *Bischöfe*, 691.

[2)] Ab hier Comp. IV 2. 2. 3; Coll. Bamb. II 11a; Coll. Fuld. 2. 2. 10 (wie Comp. IV); X 2. 2. 14 (Friedberg, *CorpIC*, II 252).

[3)] Ab hier Coll. Bamb. II 11b; X 5. 12. 21.

[4)] Ab hier Comp. IV 3. 15. 1; Coll. Bamb. II 11c; Coll. Fuld. 3. 32. 4; X 3. 40. 7.

27.

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Rainer) und dem Domkapitel von Marseille, den päpstlichen Skriptor Magister R(aimund), den sie in päpstlichem Auftrag als Domkanoniker ohne Pfründe aufgenommen haben, angemessen auszustatten, wie er ihnen dreimal schriftlich und zuletzt mündlich befohlen hat; andernfalls soll der päpstliche Nuntius Magister Thedisius (, dem er dies befiehlt,) den Skriptor aus den Gütern der Kirche von Marseille versorgen.

Lateran (1213 ca. April/Mai).

Reg. Vat. 8, fol. 140^{r}–140^{v} ⟨Nr. 27 bzw. 22⟩.
Bosquet 548, Nr. 27 = Baluze II 752, Nr. 27 = Migne, PL, 216, 816, Nr. 27. – Potth. Reg. 4867.

Episcopo[1)] **et capitulo Massiliensibus.**

Apostolice sedis benignitas, que curam[a)] gerit et sollicitudinem singulorum, suam gratiam specialiter circa illos ampliare tenetur, qui noscuntur diutius in eius obsequiis laudabiliter insudasse. Dignum est enim, ut ipsius domestici ab eiusdem uberibus repleantur et sibi eam inveniant affluentem, quam etiam in benignitatis affluentia sibi sentiunt exhuberantem ignoti. Cum igitur pro dilecto filio magistro R(aimundo), scriptore nostro, cuius fidelitas et devotio in cancellarie nostre servitio est probata, iam[b)] tertio vobis scripserimus, ut eidem, quem dudum ad mandatum nostrum nullo sibi beneficio assignato in fratrem et canonicum recepistis[2)], curaretis tam in domibus quam in aliis sicut uni ex vobis providere, ac postmodum quibusdam vestrum in nostra presentia constitutis hoc idem iniunxerimus * viva voce, grave gerimus et indignum, quod vos more aspidis surde aures penitus obturantes id hactenus efficere non curastis. Volentes igitur adhuc, utrum in vobis[c)] aliqua obedientie scintilla remanserit, experiri, universitati vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus, quatenus ipsi magistro saltem hac vice iuxta prescriptam formam providere curetis. Alioquin noveritis nos dilecto filio magistro Thedisio, nuntio nostro[3)], per nostras dedisse litteras in preceptis, ut de bonis ecclesie vestre secundum formam eandem competentem sibi provisionem nostra suffultus[d)] auctoritate assignet; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo[4)].

* fol. 140^{v}

vgl. Ps 57, 5

Tu denique, frater episcope, super te ipso et credito tibi et cetera[e)].

Datum Laterani.

---

27. [a)] cura(m) *am Rande mit Verweiszeichen eingefügt anstelle von durchgestrichenem* cu- *mit Kürzungsstrich.* [b)] -a- *korr. aus einem anderen Buchstaben.* [c)] vos; vobis *bei Bosquet und Migne.* [d)] *Bosquet, Migne:* fultus. [e)] *Darnach nochmals* et cetera.

27. [1)] Rainer, B. von Marseille (Suffr. von Arles) 1188–1214. Vgl. *Gallia Christiana* I 650; *Gallia Christiana Novissima II: Marseille* 94–99; Mazel, *Noblesse*, 657.

[2)] S. Br. Honorius III. vom 9. Dezember 1216, in dem Raimund als „familiaris noster" bezeichnet und seine Pfründe in der Domkirche von Marseille bestätigt wird: Pressutti, *Regesta Honorii III*, Nr. 167; eine weitere Pfründe hatte er in Maguelone: *ebd.* Nr. 159; und er sollte den Archidiakonat von Lodève erhalten: *ebd.* Nr. 216. Vgl. Egger, *Schreiber*, 128, 149f.

[3)] Magister Thedisius Balbi, als Domkanoniker von Genua bezeugt 1203, Kleriker und Familiar des Legaten Milo, „delegatus" des Papstes in Südfrankreich (s. Br. XII 156 S. 302 Z. 34–S. 303 Z. 1), Protagonist in den Albigenserkriegen, B. von Agde (Suffr. von Narbonne) 1215–1233. Vgl. Petri Vallium Sarnaii Hystoria Albigensis (ed. Guébin–Lyon) I 69–71, Anm. 2; *Gallia Christiana* VI 681–683; Zimmermann, *Legation*, 59f.; Castaldo, *Église*, 82–91 und ad indicem.

[4)] S. Br. XVI 166 (163) S. 293 Z. 27–29, wo das vorliegende Schreiben als vierte unbeachtete Intervention angeführt wird.

Scriptum est super hoc dilecto filio magistro Theodisio[f], nuntio nostro, verbis competenter mutatis.

28.

Innocenz III. ruft alle Christgläubigen der Kirchenprovinz Mainz zum Kreuzzug in das Heilige Land auf, den insbesondere die zahlreichen Christen in sarazenischer Gefangenschaft und die Ausbreitung der Sarazenen bis zur Errichtung einer Festung auf dem Berg Tabor nötig machen. Dazu verkündet er Indulgenzen für alle, die aufbrechen oder den Kreuzzug unterstützen, den apostolischen Schutz für Kreuzfahrer und deren Besitz, den der Episkopat durchzusetzen hat, und den Erlass von Kreditzinsen, zu dem auch die Juden gezwungen werden sollen. Er fordert von allen kirchlichen und weltlichen Instanzen die adäquate Beteiligung an der Ausrüstung der Kreuzfahrer und am Transport, der er sich selbst nicht entziehen will, und gestattet den Klerikern, die Einkünfte ihrer Pfründen dafür zu verpfänden. Er gestattet den Kreuzzugspredigern, präsumptive Kreuzfahrer nicht auf ihre Eignung zu prüfen; nötigenfalls könne das Gelübde nachträglich geändert werden. Er revoziert bis auf weiteres die Kreuzzugsindulgenzen für den Kampf gegen die Häretiker in Südfrankreich und die Mauren in Spanien, außer für die Ortsansässigen. Er verhängt Interdikt und Exkommunikation über alle Piraten im Mittelmeer und über Alle, die den Sarazenen Kriegsgerät und Zubehör verkaufen oder sarazenische Schiffe führen. Zur geistlichen Unterstützung des Kreuzzugs sollen, abgesehen von Fasten und Almosen, einmal monatlich Bittprozessionen abgehalten, ein eigenes Gebet in der Messe eingeführt und eigene Opferstöcke aufgestellt werden. Zur Planung und Durchführung in der Kirchenprovinz Mainz bestimmt er den Abt (Eberhard) von Salem, den ehemaligen Abt P(eter) von Neuburg, den Domdekan K(onrad) von Speyer und den Dompropst (Siegfried ?) von Augsburg, die geeignete Subdelegaten ernennen sollen, und trägt Allen auf, diese zu unterstützen. (In gleicher Weise schreibt er mutatis mutandis an die Christgläubigen in den Kirchenprovinzen von Magdeburg, Bremen, Köln, Salzburg und Trier, in Polen, Schweden, in der Kirchenprovinz Lund, in England, Tuszien, Irland, Norwegen, Frankreich, Schottland, Sardinien, Dalmatien, in den Kirchenprovinzen von Ravenna, Mailand und Genua, in der Mark Ancona, in Ungarn, an den Bischof [Daniel] von Prag und an die Christgläubigen in Böhmen und Kalabrien.)

(Lateran, 1213 ca. April/Mai)[1].

Reg. Vat. 8, fol. 140^{v}–141^{v} ⟨*Nr.* 28 *bzw.* 23, 24⟩.

Empfängerüberlieferung:

Original: Ausfertigung für die Kirchenprovinz Salzburg, datiert 26. April (VI Kal. Maii) *1213; Bayerisches Hauptstaatsarchiv, Hochstift Regensburg 24 (1).*

*Verschollenes Original, Ausfertigung für die Kirchenprovinz Köln, datiert 22. April (*X Kal. Maii*) 1213; ehemals im kgl. Staatsarchiv Düsseldorf, nach Finke, PU Westfalens, 112, Nr. 235 (Reg.). Dr. einer späteren Abschrift desselben in den Farragines Gelenii des Historiographen Aegidius Gelenius (1596–1656) bei Ennen–Eckertz, Quellen, II 47, Nr. 42 (2).*

*Abschrift des Originals der Ausfertigung für die Kirchenprovinz Trier, datiert 5. Mai (*III Non. Maii*) 1213, im Rommerdorfer Briefbuch, Koblenz, Landeshauptarchiv 162/1401, fol. 1^{v}–4^{r}; Dr.: Eltester–Goerz, UB der mittelrheinischen Territorien, III 10, Nr. 9; Reg.: Kempf, Rommersdorfer Briefbuch, 520, Nr. 1. Vgl. Tangl, Studien, 47–50 (3).*

---

[f]) *Bosquet, Migne:* Thedisio.

28. [1]) Die vier datierten Zeugen der Empfängerüberlieferung wurden am 22. April (Köln, Sardinien), 26. April (Salzburg) bzw. am 5. Mai (Trier) 1213 ausgestellt.

*Abschrift des 14. Jhs. der Ausfertigung für Sardinien: Mailand, Archivio Storico Civico e Biblioteca Trivulziana, Cod. Triv. 388, fol. 14^{r}–16^{v}; datiert 22. April (*X Kal. Maii*) 1213 (4).*

Abschrift des 13. Jhs. der Ausfertigung für den Kardinallegaten Robert von Courson nach Frankreich, BN Paris, Arsenal MS 769, fol. 120^{r}–120^{v} (5).

Abschrift des 13. Jhs.: ÖNB, CVP 1467, fol. 142^{r}–143^{r}, nach einem Konzept, ähnlich Burkhard.

*Abschrift in einer Dekretalensammlung des 13. Jhs. nach einem Konzept, ähnlich Burkhard, Fragment (*Quia nunc maior – penitentes fueritis: *S. 55 Z. 9): Oxford, Bodleian Libraray, Tanner MS 8, p. 723. Vgl. Cheney, Calendar, 917.*

In chronikalischen Quellen: Abschrift eines Konzepts, adressiert omni populo christiano*, Burchardi praepositi Urspergensis Chronicon 101–105. Vgl. Tangl, Studien, 34–44; Smith, How to Draft a Crusade Call.*

Abschrift wohl des Konzepts der Ausfertigung für die EB. und B. des Regnum citra Farum, Ryccardi de sancto Germano Chronica 46–53 (A), datiert Viterbo, 17. Juli 1214. Vgl. Hamm, Überlieferung, 283–286.

Bosquet 549, Nr. 28 = Baluze II 752, Nr. 28 = Migne, PL, 216, 817, Nr. 28; Rydberg, Sverges Traktater, 122, Nr. 62; Tangl, Studien, 88–97; Krarup, Bullarium Danicum, 83, Nr. 85; Skyum-Nielsen, Diplomatarium Danicum, I/5 38, Nr. 29; Cipollone, Cristianità – Islam, 536, Nr. 44. – S. unten Abb. II. – Potth. Reg. 4709, 4718, 4721, 4725; Bréquigny, Table chronologique, IV 558; Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 195, Nr. 435; Bernoulli, Acta pontificum Helvetica, I 53, Nr. 60; Knipping, Regesten der Erzbischöfe von Köln, III 22, Nr. 116; BFW 6141; Hausen, Finlands medeltidsurkunder, I 20, Nr. 50; Cheney, Calendar, 917; Gunnes, Regesta Norvegica, I 131, Nr. 358; Falck, Mainzer Regesten, I 103, Nr. 195.

Teilweise: Aronius, Regesten, 173, Nr. 390; Grayzel, The Church and the Jews 136; Simonsohn, The Apostolic See and the Jews, I 97, Nr. 92. Sheehy, Pontificia Hibernica, I 158, Nr. 75, druckt die a pari-Liste.

Übersetzung nach Migne: Bird–Peters–Powell, Crusade and Christendom, 107–112.

Vgl. Tangl, Studien, 4–17.

Universis Christi fidelibus per Maguntinam[a)] provintiam[2)] constitutis.

Quia[b)] maior nunc instat necessitas, quam umquam institerit[c)], ut Terre sancte necessitatibus succurratur, et de succursu speratur maior, quam umquam provenerit utilitas proventura, ecce resumpto clamore clamamus ad vos et pro illo clamamus, qui moriendo voce magna clamavit in cruce factus obediens Deo Patri usque ad mortem crucis, clamans, ut nos ab eterne mortis eriperet cruciatu; qui clamat etiam per seipsum et dicit: ‹‹si quis vult post[d)] me venire[d)], abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me››, acsi diceret manifestius: ‹‹Qui vult me subsequi ad coronam, me quoque subsequatur ad pugnam, que nunc ad probationem proponitur universis››. Poterat enim omnipotens Deus terram illam,

vgl. Mt 27, 50
vgl. Phil 2, 8

Mt 16, 24; Lc 9, 23

---

28. [a)] *Migne:* Maguntinensem. [b)] *Am Rande zwei kurze schräge Striche und längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [c)] *Baluze:* extiterit*; Migne:* exstiterit*; s. die Empfängerüberlieferung.* [d–d)] *Bosquet, Migne:* venire post me.

28. *Empfängerüberlieferung (kollationiert mit dem Photo des Originals [1], dem Druck von Ennen-Eckertz [2] und Digitalisaten der Abschriften im Rommersdorfer Briefbuch [3], im Codex aus der Trivulziana [4] und im Codex der BN Paris [5]):*

26: Universis – constitutis] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus per Salzeburgensem (Coloniensem *2*, Treuerensem *3*) provinciam *1, 2, 3 (*per Sardiniam *4)* constitutis salutem et apostolicam benedictionem. 27: necessitas – institerit] quem umquam extiterit necessitas *5; s. Anm. c.* 28: succursu] successu *5.* 28: speratur maior] maior speratur *4.* 28: umquam] nunquam *2.* 29: ecce] eia *2.* 30: clamans] *fehlt 1, 2, 3, 4, 5.* 33: manifestius] manifeste *5.* 33*:* vult me subsequi] me subsequi [vult] *2*, me vult sequi *5.* 33: que] quod *2.* 34–S. 54 Z. 1: terram illam si vellet omnino deffendere] deffendere si vellet terram illam omnino *5.*

[2)] Die Kirchenprovinz Mainz. S. Br. XVI 30 Anm. 6.

si vellet, omnino deffendere, ne in manus traderetur hostiles; posset et illam, si vellet, de manibus hostium facile liberare, cum nichil possit eius resistere voluntati; sed cum iam superhabundasset iniquitas refrigescente caritate multorum, ut fideles suos a sompno mortis ad vite studium excitaret, agonem illis proposuit, in quo fidem eorum velut aurum in fornace probaret occasionem salutis, immo salvationis causam prestando, ut, qui fideliter pro ipso certaverint, ab ipso feliciter coronentur[e], et qui ei noluerint in tante neccessitatis articulo debite servitutis impendere famulatum, in novissimo districti examinis die iustam mereantur dampnationis sententiam sustinere[f]. O quanta iam provenit utilitas ex hac causa! Quam multi conversi ad penitentiam pro liberatione Terre sancte mancipaverunt se obsequio Crucifixi et quasi per agonem martirii coronam glorie sunt adepti, qui forte in suis iniquitatibus periissent carnalibus voluptatibus et mundanis illecebris irretiti! Vetus est hoc artificium Iesu Christi, quod ad suorum salutem fidelium diebus istis dignatus est innovare. Si enim rex aliquis temporalis a suis hostibus eiceretur de regno, nisi vassalli eius pro eo non solum res exponerent sed personas, nonne cum regnum recuperaret ammissum, eos velut infideles dampnaret et excogitaret in eos inexcogitata tormenta, quibus perderet male malos? Sic rex regum dominus Iesus Christus, qui corpus et animam et cetera vobis contulit bona, de ingratitudinis vitio et infidelitatis crimine vos dampnabit, si ei quasi eiecto de regno, quod precio sui sanguinis comparavit, neglexeritis subvenire. Sciat ergo se culpabiliter durum et dure culpabilem, quicumque in hoc necessitatis articulo suum negaverit obsequium Redemptori!

vgl. Gn 50, 19; Est 13, 9; Rm 9, 19
vgl. Mt 24, 12
vgl. Sap 3, 6; 1Pt 1, 7
vgl. 2Tim 2, 5
vgl. 1Th 2, 19; 1Pt 5, 4
vgl. Mt 21, 41
vgl. 1Tim 6, 15; Apc 19, 16

Nam et quomodo secundum preceptum divinum diligit proximum suum sicut seipsum, qui scit fratres suos fide ac nomine Christianos apud perfidos Sarracenos ergastulo diri carceris detineri ac iugo deprimi gravissime servitutis et ad liberationem eorum efficacem operam non impendit, transgrediendo illius naturalis legis mandatum, quod Dominus in Evangelio declaravit: ‹‹Quecumque vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis››? An forte nescitis, quod apud illos multa milia Christianorum in servitute ac carcere detinentur, qui tormentis innumeris cruciantur? Et quidem omnes pene Sarracenorum provintias usque post tempora beati Gregorii[3] Christiani populi possederunt, sed extunc quidam perditionis filius Machometus pseudopropheta surrexit, qui per seculares illecebras et voluptates carnales multos a veritate seduxit, cuius perfidia etsi usque ad hec tempora invaluerit; confidimus tamen in Domino, qui iam fecit nobiscum signum in bonum, quod finis huius bestie appropinquat, cuius numerus secundum Apocalipsim Ioh(ann)is intra sexcenta sexaginta sex clauditur, ex quibus iam pene sexcenti sunt anni completi[4]. Certe preter priores iniurias grandes et graves Redemptori nostro pro nostris

vgl. Lv 19, 18; Mt 19, 19
Mt 7, 12
vgl. Io 17, 12; 2Th 2, 3
vgl. Ps 85, 17
vgl. Apc 13, 18

---

[e]) *Bosquet:* coronenter. [f]) *Am linken Rand ein langer schräger Strich.*

2: possit eius] eius possit *5*. 4: studium] stadium *2*. 4: proposuit] preposuit *2*. 4: eorum] illorum *5; so auch Burkhard.* 5: salvationis] salutis *4*. 6: pro ipso] pro eo *5*. 7: debite] fehlt *2*. 14: pro eo non solum] non solum pro eo *4*. 15: in eos] in *5*. 16: vobis] nobis *3*. 17: vos] nos *2*. 17: dampnabit] condempnabit *5*. 19: et] *fehlt 2*. 19: necessitatis articulo] articulo necessitatis *4*. 21: divinum] dominicum *5*. 23: gravissime] gravissimo *2*. 27: omnes pene] pene omnes *5*. 28: tempora] ipsa *3*. 29: quidam] quidem *2*. 29: perditionis filius] filius perditionis *5*. 29: Machometus] Mauchumet *4*. 30: multos] *fehlt 4*. 30: usque] *fehlt 2*. 31: iam] *fehlt 2*. 33: sunt anni] anni sunt *4*. 34: iniurias] incurias *2*.

[3]) Papst Gregor der Große (590–604).

[4]) Zur gängigen Bezeichnung Mohammeds als pseudopropheta und zur ungewöhnlichen Gleichsetzung desselben mit dem Antichristen durch Innocenz III. und der Übernahme z. B. in die „Sibilla Erithea" vgl. Jostmann, *Sibilla Erithea*, 247–249; Jaspert, *Crusade*, 269.

offensis a perfidis Sarracenis illatas nuper in monte Tabor[g, 5)], ubi discipulis suis future glorificationis speciem demonstravit, iidem perfidi Sarraceni quamdam munitionis artem[h)] in confusionem Christiani nominis erexerunt, per quam civitatem Accon[6)] sibi valde vicinam de facili cogitant occupare ac deinde sine omni contradictionis obstaculo residuum terre huius invadere, cum sit viribus et opibus pene penitus destituta. Eya igitur, dilectissimi filii, dissensiones et emulationes fraternas in pacis et dilectionis federa commutantes[i)] accingimini ad obsequium Crucifixi, non dubitantes pro illo res exponere ac personas, qui pro vobis animam suam posuit et sanguinem suum fudit, certi pariter et securi, quod, si vere penitentes fueritis, per hunc temporalem laborem quasi quodam compendio ad requiem pervenietis eternam.

vgl. Mt 17, 1–8; Mc 9, 1–9; Lc 9, 28–36

Nos[j)] enim de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi ex illa, quam nobis Deus licet indignis ligandi atque solvendi contulit, potestate[k)] omnibus, qui laborem istum in propriis personis subierint et expensis, plenam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti et ore confessi, veniam indulgemus et in retributione iustorum salutis eterne pollicemur augmentum[7)]. Eis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis dumtaxat expensis iuxta facultatem et qualitatem suam viros idoneos destinarint, et illis similiter, qui, licet in alienis expensis, in propriis tamen personis accesserint, plenam suorum veniam[l)] concedimus[l)] peccatorum. Huius quoque remissionis volumus et concedimus esse participes iuxta quantitatem subsidii et devotionis affectum omnes, qui ad subventionem ipsius[m)] terre[m)] de bonis suis congrue ministrabunt.

vgl. Mt 16, 19

Personas quoque ipsorum et bona, ex quo crucem assumpserint, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus necnon et sub archiepiscoporum et episcoporum et omnium prelatorum ecclesie Dei defensione consistant, statuentes, ut donec de ipsorum obitu vel reditu certissime cognoscatur, integra maneant et quieta consistant. Quodsi quisquam contra presumpserit, per ecclesiarum prelatos * appellatione postposita censura ecclesiastica compescatur.

* fol. 141r

---

g) *Bosquet, Migne:* Thabor*; s. die Empfängerüberlieferung.* h) *Bosquet, Migne:* arcem. i) comittantes; commutantes *bei Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.* j) *Davor ein Paragraphenzeichen.* k) *Bosquet:* potestatem. l–l) *Bosquet, Migne:* concedimus veniam*; s. die Empfängerüberlieferung.* m–m) *Baluze, Migne:* terrae sanctae.

1: Tabor] Thabor *1, 2, 3, 5.* 1f.: glorificationis] glorificationis sue *4.* 2: iidem] ibidem *4.* 3: Accon] Achon *1*, Achor *4*, Acon *5.* 6: comittantes] commutantes *1, 2, 3, 4, 5; s. Anm. i.* 11: omnipotentis Dei] Dei omnipotentis *2, 3, 4, 5.* 11: apostolorum] *fehlt 4.* 12: atque] et *2, 5*, ac *3.* 14: fuerint – confessi] corde contriti et ore confessi fuerint *3, 4.* 15: retributione] retributionem *4.* 15: Eis] Omnes *5.* 16f.: facultatem et qualitatem] qualitatem et facultatem *5.* 17: destinarint] destinarunt *2,* destinant *3.* 17: illis] illi *2;* illos *5.* 18: veniam concedimus] concedimus veniam *1, 2, 3, 4, 5; s. Anm. l–l.* 20: ipsius terre] terre ipsius *5.* 22: assumpserint] susceperint *1, 2, 3, 4, 5; so auch Burkhard.* 23: et episcoporum] *fehlt 1, 2, 3, 4, 5; auch bei Burkhard.* 24: de] *fehlt 3.* 25: quisquam] quis *3.*

5) Berg Tabor in Galiläa (Israel), wo sich seit 1100 Benediktiner angesiedelt hatten, die 1187 vertrieben wurden. 1211 ließ Sultan al-ʿĀdil (s. Br. XVI 36 Anm. 3) um das Kloster eine Festung errichten, die 1219 von seinem Nachfolger aufgegeben wurde. Vgl. Molin, *Crusader Castles*, 18 und ad indicem.

6) Akkon (Galiläa), nach der Rückeroberung durch die Teilnehmer des Dritten Kreuzzugs Hauptstadt des Königreichs Jerusalem.

7) Zur Formulierung der Kreuzzugsindulgenzen bei Innocenz III. und im c. 71 des 4. Lateran-konzils vgl. Bysted, *Remission*.

Siqui vero proficiscentium illuc ad prestandas usuras iuramento tenentur astricti, creditores eorum per ecclesiarum prelatos, ut remittant[n)] eis prefatum[o)] iuramentum et ab usurarum exactione desistant, eadem precipimus districtione compelli. Quodsi quisquam creditorum eos ad solutionem coegerit usurarum, eum ad restitutionem earum simili cogi animadversione mandamus, Iudeos vero ad remittendas ipsis usuras per secularem compelli precipimus potestatem et, donec illas remiserint, ab universis Christi fidelibus tam in mercimoniis quam in aliis per excommunicationis sententiam eis omnino communio denegetur.

Ut autem Terre sancte subsidium divisum in plurimos facilius impendatur, obsecramus omnes et singulos per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unum solum verum, unum eternum Deum postulantes vice Christi pro Christo ab archiepiscopis et episcopis, abbatibus et prioribus et tam cathedralium quam[p)] conventualium ecclesiarum capitulis et clericis universis necnon civitatibus, villis et oppidis competentem numerum bellatorum cum expensis ad triennium necessariis secundum proprias facultates. Et si ad hoc unum quodlibet non suffecerit, plura coniungantur in unum, quia pro certo speramus, quod persone non deerunt, si expense non desint; postulantes hoc ipsum a regibus et principibus, comitibus et baronibus aliisque magnatibus, qui forsitan per se ipsos personaliter non accesserint ad obsequium Crucifixi. A civitatibus vero maritimis navale subsidium postulamus. Et ne aliis
vgl. Mt 23, 4 onera gravia et importabilia imponere videamur, que digito nostro movere nolimus, protestamur veraciter coram Deo, quia, quod ab aliis exigimus faciendum, hoc ipsi prompto animo faciemus. Clericis autem ad hoc negotium necessariis providimus indulgendum, ut omni contradictione cessante beneficiorum suorum proventus propter hoc valeant usque ad triennium pignori obligare[8)]. Quia vero subsidium Terre sancte multum impediri vel retardari contingeret, si ante susceptionem crucis examinari quemlibet oporteret, an esset idoneus et sufficiens ad huiusmodi votum personaliter prosequendum, concedimus, ut regularibus personis exceptis suscipiant, quicumque voluerint, signum crucis, ita quod, cum urgens necessitas aut evidens utilitas postulaverit, votum ipsum de mandato[q)] apostolico possit[q)] commutari aut redimi vel differri. Et propter eandem causam remissiones et indulgentias hactenus a nobis concessas procedentibus in Yspaniam contra Mauros vel contra hereticos in Prouinciam revocamus, maxime cum illis concesse fuerint ad tempus,

---

[n)] *Bosquet, Migne:* remittatur. [o)] *Bosquet, Migne:* praestitum*; s. die Empfängerüberlieferung.* [p)] *Bei Bosquet und Migne folgt:* aliarum*; s. die Empfängerüberlieferung.* [q–q)] *Bosquet, Migne:* apostolico possit mandato*; s. die Empfängerüberlieferung*.

2: eis] *fehlt 3.* 2: prefatum] prestitum *1, 2, 3, 4, 5; s. Anm. o.* 4: earum] eorum *4;* ipsarum *5.* 5: animadversione] animadversitate *3.* 5: remittendas] remittendum *1*, *2,* remittendo *4, 5.* 6: illas] illa *4.* 7: omnino] omnimodo *3, so auch Burkhard;* omnimoda *1, 2, 5.* 10f.: verum, unum eternum] verum, vivum, eternum *1, 2, 3, 4;* vivum, verum et eternum *5.* 11: Christi] dei *2.* 11: et] *fehlt 5.* 11f.: abbatibus] ab abbatibus *3, 4.* 12: et] *fehlt 5.* 12: et tam] tam *4.* 12: conventualium] aliarum conventualium *1, 3, 4, 5, so auch Burkhard*; *s. Anm. p.* 13: et] *fehlt 4.* 20: aliis] illis *5.* 23: subsidium Terre sancte] Terre sancte subsidium *2.* 23: impediri] impedire *4.* 24: si] *fehlt 2.* 27: cum urgens] si urgens *5.* 27: votum ipsum] ipsum votum *5.* 27f.: de mandato apostolico possit] de mandato possit apostolico *1*; de apostolico possit mandato *2, 3*, possit de mandato apostolico *4,* de apostolico mandato possit *5; s. Anm. q–q.* 28: vel] et *5.* 28: Et] *fehlt 3.* 29: Yspaniam] Hyspaniam *3,* Hispaniam *5.*

[8)] Vgl. Br. III 83 (*Potth. Reg.* 1045; Gesta Innocentii, c. 84 [Migne, *PL*, 214, CXXXII–CXXXVIII; Gress-Wright 164–174]), wo der Papst, allerdings nur den Klerikern Frankreichs, u. a. erlaubt, zur Erfüllung ihrer Kreuzzugsgelübde ihre Einkünfte bis auf drei Jahre zu verpfänden, und Br. XI 152 (157), wo er allen Klerikern für die Teilnahme am Albigenserkreuzzug die Verpfändung für zwei Jahre erlaubt.

quod iam ex toto preteriit, et istis ob causam, que iam ex maiori parte cessavit, utroque negotio per Dei gratiam adeo profecto[r)], ut vehementem instantiam non requirat, et si forte requireret, nos ingruenti necessitati respicere[s)] curaremus. Concedimus tamen, ut huiusmodi remissiones et indulgentie apud Prouintiales remaneant et Yspanos[9)].

Innocenz III. teilt den Erzbischöfen, Bischöfen, Äbten, Prioren und allen anderen Klerikern im Königreich Frankreich mit, dass er den Kardinalpresbyter R(obert) von S. Stefano in Celiomonte als Legaten zu ihnen sendet, und befiehlt ihnen, diesen als seinen und Christi Stellvertreter aufzunehmen und in den Belangen des Kreuzzugs und in allen anderen Belangen zu befolgen, was er verfügt.

(Lateran, 1213 ca. April 19)[1].

Reg. Vat. 8, fol. 144r ⟨*Nr.* 31⟩.

Bosquet 559, Nr. 31 = Baluze II 758, Nr. 31 = Migne, PL, 216, 827, Nr. 31. – Potth. Reg. 4710; Bréquigny, Table chronologique, IV 575.

Archiepiscopis[a], episcopis, abbatibus, prioribus ceterisque clericis per regnum Francie constitutis[a].

[P]ium[b] et sanctum propositum, quod de subventione Terre sancte pro communi utilitate Deo inspirante concepimus et perducere satagimus ad effectum, ex generalibus litteris[2] poteritis advertere manifeste. Ad hoc igitur salutare propositum exequendum dilectum filium nostrum R(obertum), tituli sancti Steph(an)i in Celiomonte presbiterum cardinalem, apostolice sedis legatum[3], virum utique probate honestatis et fidei, destinamus, merito sue probitatis speciali gratia nobis acceptum, per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatenus eum vice nostra, immo potius vice Christi, devote suscipere

---

ggg) *Darnach gestrichen* igit(ur).

106) Arnald (II.), Abt von Cîteaux (Zist.-Abtei, Diöz. Chalon-sur-Saône, Dép. Côte-d'Or) 1212–1217. Vgl. *Gallia Christiana* IV 991; *Dict. HGE* 12 (1953) 866.; Marilier, *Catalogue*, 2.

107) Gervasius Anglus, 1199 Abt von Saint-Juste-en-Chaussée (Diöz. Beauvais), 1205 von Thenailles (Diöz. Laon), 1209 Generalabt von Premontré; Teilnehmer am Laterankonzil; B. von Sées (Suffr. von Rouen) 1220–1228. Vgl. *Dict. HGE* 20 (1984) 1076; *Dict. BF* 15 (1982) 1368–1370; Desportes–Foucher–Loddé–Vallière, *Fasti IX: Sées*, 77–80.

31. a–a) *Die Adresse wurde nicht rubriziert, nur der erste Buchstabe rot verziert, wie bei den a pari-Briefen.*
b) *Die Initiale fehlt.*

31. 1) Robert von Courson war der Überbringer der auf den 19. April datierten Ausfertigung von Br. 30 für Vienne (s. dort Empfängerüberlieferung und Einleitung S. XIII); die übrigen Schreiben des Briefbündels (die letzten zehn a pari-Br. von Br. 30, Br. 31–33) wurden wohl zeitnah ausgestellt.

2) Br. XVI 28.

3) S. Br. XVI 17 Anm. 6.

ac honeste tractare curetis, ipsius salubribus monitis et mandatis humiliter intendentes, presertim in hiis, que pertinent ad subsidium Terre sancte. Nos enim, quod super hiis et aliis ad sue legationis officium pertinentibus provida deliberatione statuerit, precipimus inviolabiliter observari concedentes eidem, ut evellat et destruat, edificet atque plantet, vgl. Ier 1, 10
que sibi evellenda et destruenda, edificanda occurrerint et plantanda.

Datum.

32.

Innocenz III. bevollmächtigt seinen Legaten, den Kardinal R(obert) von S. Stefano in Celiomonte, den Zuhörern seiner Kreuzpredigten Bußen nachzulassen und hinsichtlich der Turniere mit klugen Ratgebern zum Nutzen des Heiligen Landes vorzugehen.

(Lateran, 1213 ca. April 19)[1].

Reg. Vat. 8, fol. 144r ⟨*Nr.* 32⟩.

Bosquet 559, Nr. 32 = Baluze II 758, Nr. 32 = Migne, PL, 216, 827, Nr. 32. – Potth. Reg. 4711; Bréquigny, Table chronologique, IV 575.

R(oberto), tituli sancti Steph(an)i in Celiomonte presbitero cardinali, apostolice sedis legato[2].

[U]t efficatius possis intendere ad subsidium Terre sancte, presentium tibi auctoritate concedimus, ut hiis, qui ad tuam vocationem devote convenerint ad audiendum verbum salutifere crucis, de iniunctis sibi penitentiis vice nostra certam valeas indulgentiam impertiri. De torniamentis[3] autem hoc tibi duximus concedendum[a], ut de virorum prudentum consilio salubriter studeas[b], quod Terre sancte utilitati secundum Deum videris expedire.

Datum[c].

33.

Innocenz III. kündigt dem König Phi(lipp) von Frankreich (und seinem erstgeborenen Sohn Ludwig und dessen Gemahlin Blanca) die Ankunft des Kardinallegaten R(obert) von S. Stefano in Celiomonte an, der ihm mündlich erklären wird, wie der Papst in der Gefahr, die gleichermaßen die Kirche und Frankreich bedroht, vorgehen möchte, und ermahnt ihn, den Legaten ehrenvoll zu behandeln und seine Mahnungen und Ratschläge zu befolgen.

(Lateran, 1213 ca. April 19)[1].

---

32. [a]) *Darnach* de *gestrichen*. [b]) *Baluze, Migne:* statuas. [c]) *Bosquet, Migne:* Datum etc.

32. [1]) S. Br. XVI 31 Anm. 1.

[2]) S. Br. XVI 17 Anm. 6.

[3]) Zum Turnierverbot und zu den kirchlichen Sanktionen gegen Teilnehmer: Conc. Lat. III, c. 20 (*COD*[3] 221) = Comp. I 5. 11. 1 = X 5. 13. 1; *JL* 13733 (Alexander III.) = Alan. 5. 10. un. = Alan. K. 5. 11. un. = X 5. 13. 2 (Friedberg, *CorpIC*, II 804); Comp. I 5. 11. 2 (Friedberg, *Constitutiones antiquae*, 58); vgl. Kéry, *Aspekte*, 264–271. Zu päpstlich autorisierten Indulgenzen zur Förderung des Kreuzzugs s. Br. IX 195 (197), X 74.

33. [1]) S. Br. XVI 31 Anm. 1.

Reg. Vat. 8, fol. 144r ⟨*Nr.* 33 *bzw.* 31⟩.
Bosquet 560, Nr. 33 = Baluze II 759, Nr. 33 = Migne, PL, 216, 827, Nr. 33. – Potth. Reg. 4712; Bréquigny, Table chronologique, IV 575.

Illustri regi Francor(um)[2]**.**

Quam[a] sincerum dilectionis affectum erga te ac filium tuum[3] et regnum Francie
vgl. Ps 88, 38 habeamus, novit ille, qui testis est in celo fidelis, cuius super hoc testimonium secure possumus invocare. Adeo quippe regni tui exaltationem diligimus privilegiata semper opera commendantes, que processerunt de ipso, quod equanimius ecclesie Romane quam ipsi regno sustineremus magnum aliquid adversitatis accidere, cum facilius hec quam illud ab imminenti posset periculo liberari. Ut ergo super hoc amplius securus reddaris et certus, mittimus ad tuam regalem presentiam dilectum filium nostrum R(obertum), tituli sancti Steph(an)i in Celiomonte presbiterum cardinalem, apostolice sedis legatum[4], virum utique probate honestatis et fidei, qui ea, que plenius accepit a nobis, expressius tibi referat viva voce, serenitatem tuam rogantes et exhortantes in Domino, quatenus eum recipias[b] et honeste pertractes, ipsius acquiescendo salubribus monitis et consiliis propter Deum.
Datum.

In[c] e(odem) m(odo) nobili viro Ludouico carissimi in Christo filii nostri Phi(lippi), regis Francorum illustris, primogenito.
In e(odem) m(odo) nobili mulieri Blance[5] uxori nobilis viri Ludouici carissimi in Christo filii nostri illustris regis Francorum primogeniti.

34.

Innocenz III. tröstet den Patriarchen (Nikolaus) von Alexandria in seiner Bedrängnis, der auch den Christen in der Gefangenschaft der Sarazenen Trost spenden möge, und lädt ihn ein, selbst oder durch einen Vertreter am Konzil im November 1215 teilzunehmen.

(Lateran, 1213 ca. April/Mai).

Reg. Vat. 8, fol. 144r–144v ⟨*Nr.* 34 *bzw.* 32⟩.
Bosquet 560, Nr. 34 = Baluze II 759, Nr. 34 = Migne, PL, 216, 828, Nr. 34; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 456, Nr. 215; Cipollone, Cristianità – Islam, 541, Nr. 45. – Potth. Reg. 4726.

---

33. [a]) *Initiale nicht illuminiert, sondern von späterer Hand mit schwarzer Tinte ausgestaltet. Am rechten Rand ein langer schräger Strich.* [b]) *Baluze, Migne:* benigne recipias. [c]) *Neben den a pari-Briefen am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich, der wohl den folgenden Br. 34 markieren soll.*

[2]) S. Br. XVI 22 Anm. 8.
[3]) Ludwig VIII., geb. 1187, König von Frankreich 1223–1226.
[4]) S. Br. XVI 17 Anm. 6.
[5]) Blanca von Kastilien, heiratete 1200 den Thronerben Ludwig (VIII.), Regentin für ihren Sohn Ludwig IX. 1226–1235 und während dessen Kreuzzugs ab 1245, gest. 1252. Vgl. *LMA* 2 (1999) 258f.

Patriarche Alexandrino[1)]**.**

Ex[a)] litteris, quas aliquotiens tua nobis fraternitas destinavit, et aliis quoque inditiis cognovimus evidenter te non solum ad sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem tuam, verum etiam ad personam nostram specialiter devotionem habere debitam et devotam. Propter quod habentes te in visceribus caritatis tibi compatimur in tribulationibus, quas pateris, et pressuris, quamquam[b)] et tibi et nobis sit in eis potius[c)] gloriandum, cum id, quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis huiusmodi, supra modum in sublimitate pondus eterne glorie operetur, nec sint condigne passiones huius temporis vgl. 2Cor 4, 17 ad futuram gloriam revelandam in illis, qui pro Christi nomine patiuntur. Propter quod vgl. Rm 8, 18 Apostolus sibi placebat [in][d)] infirmitatibus suis, in contumeliis, in necessitatibus, in[e)] persecutionibus et angustiis, quas sustinebat pro Christo, et cum infirmabatur, tunc maxime potens erat, sciens, quod virtus in infirmitate perficitur et quod, licet per eam homo vgl. 2Cor 12, 10 corrumpatur exterior, interior tamen per eandem iugiter renovatur, timentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum, qui suos non solum de tribulationis angustia liberat, sed vgl. Rm 8, 28 etiam in ipsa tribulatione dilatat, ut quasi meridianus fulgor consurgat eis ad vesperam et vgl. Ps 4, 2 cum se consumptos putaverint, ut Lucifer oriantur. Benedicas igitur Deo et patri domini vgl. Iob 11, 17 nostri Ihesu Christi, qui te in omni benedictione spirituali * secundum gratie sue divitias * fol. 144v benedixit, et ut esses immaculatus in conspectu ipsius, dedit tibi, ut non solum credas in Christum, sed pro Christo etiam patiaris. Porta ergo, carissime frater, in corpore tuo stigmata Ihesu Christi, per quem mundus tibi crucifixus est et tu mundo. Stabilis esto et vgl. Gal 6, 14 adversus mundanas adversitates immobilis, habundans in opere Dei semper sciens, quod labor tuus non est inanis in Domino, et sicut in te Christi passiones habundant, ita et per vgl. 1Cor 15, 58 Christum habundet consolatio tua, qui te supra id, quod potes, non patietur temptari, sed vgl. 2Cor 1, 5 faciet[f)] in ipsa temptatione proventum, ut valeas sustinere. Cum iam ipso docente didiceris, vgl. 1Cor 10, 13 in quibus es esse sufficiens, et cum Apostolo scias satiari, scias et esurire et habundare et penuriam pati ac possis in eo, qui te confortat, omnia tolerare. Fideles[g)] quoque ab infidelibus in captivitate detentos[h)] sedulis exhortationibus corrobora et confirma, ne deficiant in tribulationibus suis, sed cogitantes in lucta[i)] victoriam et premium in labore, bonum certamen certare non desinant et cursum servando fidem feliciter consumare, ut de reliquo[j)] coronam iustitie merito valeant expectare, quam reddet eis in illa die Dominus iustus iudex, scientes, quod nos ad liberationem eorum studium diligens et operam efficacem, si vgl. 2Tim 4, 7f desuper datum fuerit, satagimus adhibere[2)].

Denique ad tuam duximus notitiam perferendum[k)], quod, cum inter omnia desiderabilia cordis nostri duo in hoc seculo principaliter affectemus, ut ad recuperationem videlicet

---

34. [a)] *Initiale nicht illuminiert, sondern von späterer Hand mit schwarzer Tinte ausgestaltet. Längs des Br. am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [b)] quaqua(m). [c)] *Migne:* ipsius. [d)] *So Bosquet und Migne.* [e)] i(n) *nachträglich eingefügt.* [f)] facis; faciet *bei Bosquet und Migne.* [g)] *Über dem zweiten* -e- *Ansätze einer späteren Korrektur, wahrscheinlich um den casus an* detentis *anzupassen.* [h)] detentis; detentos *bei Bosquet und Migne.* [i)] lucra; lucta *bei Bosquet und Migne.* [j)] relinquo; reliquo *bei Bosquet und Migne*; *davor am Rande ein kurzer waagrechter Strich.* [k)] perferendam; perferendum *bei Bosquet und Migne.*

34. [1)] Nikolaus, Katholikos der Melchiten, Patriarch von Alexandria 1209–1243. Er unterhielt gute Beziehungen zum Patriarchat in Nikäa und zu Innocenz III. (s. auch Br. XII 12, XIV 146) und entrierte 1223 bei Honorius III. den Kreuzzug nach Ägypten. S. Rodenberg, *Epistolae saec. XIII*, I 162, Nr. 233. Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, II 186f.; Richard, *Papauté*, 40, 58; Claverie, *Honorius III*, 119f., 222f.

[2)] Vgl. die Br. XIV 146–148 betreffend und an die christlichen Gefangenen der Sarazenen in Ägypten.

Terre sancte ac reformationem universalis ecclesie valeamus intendere cum effectu, hoc ad exequendum predicta de fratrum nostrorum consilio providimus faciendum, ut scilicet, quia hec universorum fidelium communem statum respiciunt, generale concilium iuxta priscam sanctorum patrum consuetudinem convocemus oportuno tempore celebrandum, in quo ad extirpanda vitia et plantandas virtutes, corrigendos excessus et reformandos mores, eliminandas hereses et roborandam fidem, sopiendas discordias et stabiliendam pacem, comprimendas oppressiones et libertatem fovendam, inducendos[l)] principes et populos Christianos ad succursum et subsidium Terre sancte tam a clericis quam laicis impendendum, cum ceteris, que longum esset per singula numerare, provide statuantur inviolabiliter observanda circa prelatos et subditos regulares et seculares ad divini nominis gloriam et honorem, remedium et salutem animarum nostrarum ac profectum et utilitatem populi Christiani, patriarchis, archiepiscopis et episcopis per[m)] universas[m)] fere Christianorum provintias constitutis per scripta nostra mandantes, ut se taliter studeant preparare, quod a presentis Dominice incarnationis millesimo ducentesimo tertiodecimo anno usque ad duos annos et dimidium prefixis sibi pro termino Kalendis Novembris[3)] nostro se conspectui[n)] representent cum modestia et cautela, ita quod, qui canonica forte prepeditione detenti personaliter venire nequiverint aut remanserint pro Christianis ministeriis exercendis, idoneos pro se dirigant responsales. Quia igitur in tanto negotio tuam desideramus habere presentiam, fraternitatem tuam rogandam duximus et monendam per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus, si fieri poterit, personaliter ad presentiam nostram accedas termino suprascripto. Quodsi forsan venire nequiveris, saltem aliquem virum idoneum pro te ad concilium mittere non postponas[4)]. Tu denique, venerabilis frater in Christo, tuarum nobis apud iustissimum iudicem et piissimum patrem orationum impertire suffragium, quo plurimum indigemus.

35.

Innocenz III. befiehlt dem Dogen (Peter) und dem Volk von Venedig, ihr Kreuzzugsgelübde zu erfüllen.

(Lateran, 1213 ca. April/Mai).

Reg. Vat. 8, fol. 144^{v} ⟨Nr. 35 bzw. 33⟩.
Bosquet 562, Nr. 35 = Baluze II 760, Nr. 35 = Migne, PL, 216, 829, Nr. 35. – Potth. Reg. 4744.

[l)] *Migne:* inducendo. [m–m)] p(er) universas *am Rande, mit Verweiszeichen hier eingefügt.* [n)] *Darnach gestrichen* se.

[3)] 1. November 1215.

[4)] Der Patriarch ließ sich durch seinen Diakon Germanus vertreten, nach Albrici Monachi Trium Fontium, Chronicon (*MGH SS* XXIII) 903 Z. 28f., weil er aufgrund der Sarazenenherrschaft nicht ausreisen konnte. Vgl. Claverie, *Honorius III*, 222f.

Duci[1] **et populo Venetor(um).**

A[a] memoria vestra non excidit, quam solenni voto vos ad Terre sancte subsidium astrinxistis, licet autem propositum vestrum ad alia postmodum declinaverit[2], votum tamen nichilominus in sua firmitate permansit, quia, etsi cuique sit in vovendo libertas, est tamen necessitas in reddendo[3], cum sit scriptum: ‹‹Vovete et reddite Domino Deo vestro›› vgl. Ps 75, 12 quorum primum pertinet ad consilium, secundum pertinet ad preceptum. Cum igitur oportunum vobis tempus immineat reddendi Domino vota vestra, universitatem vestram rogamus, monemus et exhortamur in Domino, per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatenus vos taliter preparetis, quod non transgressores voti, sed executores diligentes inveniamini et fideles, pro certo scientes, quodsi forte divino timore postposito negligeritis[b] efficere, quod mandamus, grave vobis immineret salutis dispendium apud Deum et infamie quoque obprobrium apud mundum, quemadmodum econtrario, si, quod vobis iniungimus, curaveritis adimplere, et laudem apud homines temporalem et mercedem apud Deum merebimini sempiternam.

36.

Innocenz III. trägt dem Patriarchen A(lbert) von Jerusalem, päpstlichem Legaten, auf, Bewohner des Heiligen Landes, die durch ihre Untaten den geplanten Kreuzzug kompromittieren, zur Umkehr zu bringen; weiters die Boten, die das Schreiben, in welchem der Papst den Sultan (Saphadin) von Damaskus und Kairo demütig um die Rückgabe der Provinz Jerusalem bittet, mit einer eigenen Gesandtschaft begleiten zu lassen, die diesen überzeugen soll; den König J(ohann) von Jerusalem, die Johanniter und Templer, die Pilger und die Bewohner von Outremer zu ermahnen, das Heilige Land zu verteidigen; und, falls er abkömmlich ist, das Konzil zu besuchen und Männer mitzubringen, die Auskunft über alles, was zur Vorbereitung des Kreuzzugs dient, geben sollen.

(Lateran, 1213 ca. April/Mai).

Reg. Vat. 8, fol. 144^{v}–145^{r} ⟨Nr. 36 bzw. 34⟩.

Bosquet 562, Nr. 36 = Baluze II 760, Nr. 36 = Migne, PL, 216, 830, Nr. 36. – Potth. Reg. 4720; Claverie, Ordre, III 422, Nr. 490.

A(lberto), Ier(oso)limitano patriarche, apostolice sedis legato[1]**.**

Pium[a] et sanctum propositum, quod de subventione Terre sancte pro communi salute[b] Deo inspirante concepimus et perducere satagimus ad effectum, ex generalibus

---

35. [a]) *Am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [b]) *Bosquet, Migne:* negligeretis.

35. [1]) Pietro Ziani, Doge von Venedig 1205–1229. Vgl. Cracco, *Società*, ad indicem; Fees, *Familie Ziani*, bes. 23–28, 250–255.

[2]) Gemeint ist wohl die Eroberung Zadars (Zaras) in Dalmatien durch das Kreuzfahrerheer: s. Br. XVI 94 (91) Anm. 11.

[3]) Vgl. *Decretum Gratiani* C. 17 q. 1 c. 1; C. 20 q. 3 c. 1 (Friedberg, *CorpIC*, I 812, 848).

36. [a]) *Auf fol. 144^{v} am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [b]) *Baluze, Migne:* utilitate.

36. [1]) S. Br. XVI 2 Anm. 6.

litteris[2)] ad universas pene Christianorum provincias destinatis, quarum[c)] tibi transcripta dirigimus, intelleges[d)] manifeste, super quo tanto pleniori gaudio illaresces, quanto profecto id ardentiori desiderio affectasti. Ne vero detestabilis conversatio quorundam inhabitantium terram ipsam huius salutaris executione propositi aut impediat aut retardet, cum Deum
vgl. Idt 8, 12 suis nephandis operibus non ad indulgentiam provocent, sed ad iram, carissimam nobis tue fraternitatis prudentiam obsecramus in Domino, quatenus more prudentis medici ad letalem eorum plagam curandam diversis experimentis utaris eosque studeas ad veram penitentiam revocare, si forte salubribus acquiescendo consiliis divine virtutis accipiant medicinam, per quam divine sentiant medicine virtutem. Licet[e)] autem dura Sarracenorum perfidia non consueverit humilibus Christianorum precibus emoliri, ut tamen ille nostram
vgl. Lc 1, 52; Iac 4, 6 humilitatem respiciat, qui superbis resistit, humilibus vero dat gratiam, de virorum prudentum consilio divinum pre occulis timorem[f)] habentium soldanum Damasci et Babilonie[3)], qui hereditatem Christi detinet occupatam[g)], apostolicis providimus litteris humiliter premonendum[4)] secundum formam, quam in ipsis litteris videbis expressam. Nam et dispositionibus nostris auditis, que utinam cum possent omnino latere, fortassis omnipotens Deus suum in eum terrorem immittet et benigne rogatus ostendet facere se spontaneum, quod dure compulsus facturum se putaret invitum. Unde volumus et mandamus, quatenus
* fol. 145r cum nuntiis nostris[5)] * viros providos et fideles ad eum facias destinari, qui apud ipsum nostrum studeant promovere mandatum. Interim autem carissimum in Christo filium nostrum I(ohannem), Ier(oso)l(im)itan(um) regem[6)] illustrem, et tam Hospitalis quam Militie Templi fratres cum peregrinis pariter et indigenis ad defensionem et custodiam huius terre prudenter moneas et inducas, ne, quod avertat Dominus, ei quicquam adversi valeat evenire divino semper auxilio invocato. Quia vero tuam nobis presentiam ad hoc salutare propositum exequendum valde credimus necessariam, ymo quam maxime fructuosam, fraternitatem tuam rogandam duximus et monendam per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus, si videris posse fieri absque gravi dispendio Terre sancte, prefixum ad universale concilium celebrandum, quam cito poteris, satagas prevenire[h)] terminum[h, 7)], ducens aliquos viros tecum in consilio providos et in commisso fideles, qui plene noverint circumstantias causarum et rerum, temporum et locorum, quibus undique circumspectis ad liberationem hereditatis Dominice utilius intendere valeamus; tu denique, venerabilis frater in Christo, tuarum nobis apud iustissimum iudicem et piissimum patrem orationum impertire suffragium, quo plurimum indigemus.

---

c) *Bosquet, Migne:* quorum. d) *Bosquet, Migne:* intelliges. e) *Am Rande ein langer schräger Strich.* f) timore; timorem *bei Bosquet und Migne.* g) *Darnach gestrichen* pr-. h–h) *Bosquet, Migne:* terminum prevenire.

2) Br. XVI 28.

3) al-ʿĀdil Saif-ad-Dīn Abū Bakr, im Okzident und von den Kreuzfahrern Saphadin genannt, König von Transjordanien 1188, von Damaskus 1196, von Ägypten (Babilonia meint Kairo) 1199, Sultan 1199–1218. Vgl. *LMA* 1 (2002) 152.

4) Br. XVI 37.

5) S. Br. XVI 37 Anm. 4.

6) S. Br. XVI 2 Anm. 14.

7) Der Patriarch nahm am Konzil teil. S. Br. XVI 30 Anm. 2.

37.

Innocenz III. bittet den Sultan Saphadin von Damaskus und Kairo, den Christen die Provinz Jerusalem zurückzugeben, um weiteres Blutvergießen zu vermeiden, worauf die Gefangenen ausgetauscht und die Kämpfe so beendet werden sollen, dass es keiner Seite zum Nachteil gereicht, und empfiehlt ihm die Überbringer des Schreibens.

(Lateran, 1213 April 26)[1].

Reg. Vat. 8, fol. 145r ⟨*Nr.* 37 *bzw.* 35⟩.

Andere Überlieferung: unvollständige Kopie eines Konzepts des Originals (?), 1. Hälfte 13. Jh., Zürich, Zentralbibliothek, Car. C-148, fol. 48v (1); nach derselben Vorlage Abschrift Mitte 14. Jh.: BAV, Vat. lat. 3555, fol. 63v–64r (2) – Abschrift nach einem Konzept oder dem Originalregister: Ryccardi de sancto Germano Chronica (RIS² VII/2) 55f. (A und B) (3a und b). Vgl. Hamm, Überlieferung, 287f.; dies., Chronik, 436–438.

Bosquet 563, Nr. 37 = Baluze II 761, Nr. 37 = Migne, PL, 216, 831, Nr. 37; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 444, Nr. 207; Cipollone, Cristianità – Islam, 543, Nr. 46; Lupprian, Beziehungen, 110, Nr. 3. – Potth. Reg. 4719; BFW 6142; Röhricht, Regesta, 864.

Nobili viro Salphidino[a], **soldano Damasci et Babilonie**[2], **timorem divini nominis et amorem.**

|| **D**aniele[b] propheta testante didicimus, quod est Deus in celo, qui revelat misteria, mutat tempora et transfert regna, ut universi cognoscant, quod dominatur Excelsus in regno hominum et cui voluerit dabit illud. Hoc autem evidenter ostendit, quando Ier(usa)l(e)m et fines ipsius in manus fratris tui tradi permisit[3], non tam propter eius virtutem quam propter offensam populi Christiani Deum ipsum ad iracundiam provocantis. Nunc autem ad illum conversi speramus, quod ipse miserebitur nostri, qui secundum prophetam, cum iratus est, non obliviscitur misereri. Unde illum immitari volentes, qui de

vgl. Dn 2, 21. 28. 29
vgl. Dn 4, 14
vgl. Ps 76, 10

---

37. a) *Bosquet, Migne:* Saphidino. b) *Am Rande zwei kurze schräge Striche und längs des Br. am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.*

37. *Andere Überlieferung (kollationiert mit der Zürcher Handschrift nach dem Druck von Lupprian [1], Vat. lat. 3555 [2] und der Abschrift von Richard von S. Germano nach dem Druck in RIS² [3a, 3b]):*

16: Nobili] Innocentius Saphadino. *(eigene Zeile)* Nobili *1;* Innocentius episcopus etc. *3* Nobili. 16: Salphidino] Saphadino *1; s. Anm. a;* Zaphedino *2;* Sephedino *3.* 18: Daniele] Audisse te credimus, quod multi reges et principes Christiani *(fehlt 2)* cum innumeris (*folgt* pene *2*) populis devotionis et fidei zelo succensi ad recuperationem Ierosolimitane provincie se potenter accingunt, aut vincere aut mori parati, non tantum de sua presumentes potentia quantum (quam *2*) de divina virtute sperantes. Hoc autem tibi non scribimus ad terrorem, sed potius ad cautelam, ut sano utens (usus *2*) consilio sponte restituas alienum. Quod utique tibi et genti tue nec iniurisosum nec dampnosum (dampnosum et iniuriosum *2*) existet, cum humiliter hoc petamus et suppliciter (simpliciter *2*) imploremus maxime, ne propter violentam detentionem prefate provincie plus adhuc humani sanguinis effundatur (maxime – effundatur *fehlt 2*). De cuius quidem detentione (*folgt* provincie *2*) preter quandam inanem gloriam forte plus tibi difficultatis quam utilitatis accrescit. Daniele *1,* Daniele namque *2.* 19: dominatur] Dominus *3b.* 19: Excelsus] *fehlt 3a.* 21: non] et non *1.* 21f.: virtutem] potenciam *2.* 22: Deum] *fehlt 1.* 23: illum] illum Dominum *1.* 24: iratus est] irascitur *1, 3.* 24: illum immitari] et ipsum imitare *2.*

37. 1) Ein Datum überliefert als einzige Ryccardi de sancto Germano Chronica (*RIS²* VII/2) 56 Z. 14f. S. Einleitung S. XLVIII.

2) S. Br. XV 36 Anm. 3.

3) Die Eroberung von Jerusalem nach der Schlacht von Hattīn 1187 durch al-ʿĀdils Bruder und Vorgänger, den Sultan Saladin (Ṣalāḥaddīn Yūsuf ibn Ayyūb, gest. 1193). Vgl. *LMA* 7 (2002) 1280f.

Mt 11, 29 se dicit in Evangelio ‹‹Discite a me, quia mittis[c)] sum et humilis corde›[d)], magnitudinem tuam humiliter obsecramus, quatinus, ne propter violentam detentionem prefate terre plus adhuc effundatur humani sanguinis, quam hactenus est effusum, saniori utens consilio restituas eam nobis, de cuius detentione preter inanem gloriam forte plus tibi difficultatis quam utilitatis accrescit, ipsaque reddita et dimissis utrinque captivis quiescamus a mutuis impugnationum offensis, ita quod apud te non sit deterior conditio gentis nostre, quam apud nos est conditio gentis tue. Latores ergo presentium[4)] ad tuam presentiam destinatos rogamus, ut benigne suscipias et honeste pertractes, dignum illis responsum tribuens cum effectu.

38.

Innocenz III. trägt dem Abt von Bassac und dem Domkanoniker Helias de Grecia von Angoulême auf, betreffend die Vergabe von Pfründen in der Kirche von Saintes, die er an sie delegiert hatte, den Einspruch des Domkapitels wegen mangelnder Ressourcen zu untersuchen und entweder alle oder einige dieser Pfründen unter Berücksichtigung der Ressourcen und gemäß dem Gebrauch von Saintes zu vergeben oder die Vergabe bis zum Konzil zu verschieben, wohin das Domkapitel seine Boten schicken soll, um den päpstlichen Auftrag entgegenzunehmen.

Lateran, 1213 Juni 4.

Reg. Vat. 8, fol. 145^{r} ⟨*Nr.* 38 *bzw.* 36⟩.
Bosquet 564, Nr. 38 = Baluze II 761, Nr. 38 = Migne, PL, 216, 832, Nr. 38. – Potth. Reg. 4742.

..[a)] Abbati de Bazaco[1)], Xanctonensis[b)] diocesis, et Helye[c)] de Grecia, Hengolimensi[d)] canonico[2)].

Ex vestris accepimus litteris, quod, cum ordinationem de quibusdam prebendis in ecclesia Xanctonensi[e, 3)] vacantibus vobis duobus et dilecto filio ..[f)] abbati de Talemun-

[c)] *Bosquet, Migne:* mitis. [d)] *Am rechten Rand ein schräger Strich.*

1: dicit in Evangelio] ipso ait *3.* 2f.: ne – consilio] *fehlt 1, 2.* 4f.: de – accrescit] *fehlt 1, 2.* 4: preter] propter *3a.* 7: est] *fehlt 1.* 7: presentium] magistrum (*folgt* et *2*) P. scriptorem nostrum *(2)* et Rogerium (Rog. *2*) militie templi *1, 2* ac G. hospitalis Ierosolimitani fratres, nuntios et familiares nostros *2.* 9: effectu] effectu. Alioquin inter nos et vos iudicet ipse Deus, qui superbis in terra resistit et humilibus gratiam impertitur. Dat. Laterani *2.* Datum Laterani VI kal. Maii, pontificatus nostri anno XVI° *3a.*

[4)] Die Namen der Überbringer des Schreibens überliefert die Zürcher Hs.: den päpstlichen Skriptor Magister P., den Templer Rogerius und den Johanniter G., in dem Luprian, *Beziehungen*, 34, Anm. 31, den Gonsalvus vermutet, der im Herbst 1219 ein Schreiben Honorius' III. an den Almohadenkalifen al-Mustanṣir überbringt: Pressutti, *Regesta Honorii III*, Nr. 2190; Dr.: Luprian, *ebd.,* 116, Nr. 5.

38. [a)] *Fehlt bei Bosquet.* [b)] *Bosquet:* Xantonen.*; so auch Migne.* [c)] *Bosquet, Migne:* Eliae. [d)] *Bosquet:* Engolismen.*; so auch Migne.* [e)] *Bosquet:* Xantonen.*; so auch Migne.* [f)] *Fehlt bei Bosquet.*

38. [1)] Ben.-Abtei Saint-Étienne in Bassac (Diöz. Saintes, Dép. Charente). Als Äbte sind bezeugt: Petrus (I.) 1178/1189, 1201; Wilhelm (I.) 1219. Vgl. *Dict. HGE* 6 (1932) 1262.

[2)] Helias de Grecia, de Gracia, als Domkanoniker von Angoulême (Suffr. von Bordeaux) bezeugt 1207 (als päpstlicher Delegierter: Br. IX 269 [271]), 1213. Vgl. Nanglard, *Pouillé Angoulême*, I 167.

[3)] Bistum Saintes (Suffr. von Bordeaux).

do[4] duxerimus committendam[5], archidiacono[g, 6] et A. Fulcerio canonico, Xanctonen(sibus)[h], instantibus vobis duobus tercio per litteras excusato, ut mandatum apostolicum impleretis, pars capituli facultatum insufficientiam allegavit, producens nichilominus quoddam privilegium felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri[7], per quod eis[i] videbatur indultum, ne plures recipere cogerentur, quam suppeterent ecclesie facultates. Vos tandem auditis hincinde propositis de assensu partium ipsum negotium cum attestationibus, quas ad presentationem capituli recepistis de insufficientia facultatum, et transcripto memorati privilegii vestris sigillis inclusis ad sedem apostolicam remisistis. Cum autem nobis fuerit pro capitulo supplicatum, ut secundum hoc dignaremur illi ecclesie providere, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus inquisita super premissis plenius veritate de omnibus vel aliquibus prebendarum illarum secundum facultates ecclesie ordinetis iuxta cursum in Xanctonensi[j] ecclesia consuetum; quodsi forte de omnibus vel aliquibus nequiveritis ordinare, ordinationem ipsam usque ad tempus concilii differatis prefato capitulo iniungentes, ut tunc nuntios mittant ad nostram[k] presentiam speciales super hoc mandatum apostolicam recepturos. Nullis litteris veritati et iusticie pre(iudicantibus) et cetera.

Tu denique, fili abbas, super te ipso et cetera.

Datum Laterani, II Non. Iunii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

39.

Der Bischof Hugo von Riez und der Domkanoniker von Genua Thedisius resumieren für Papst Innocenz III., wie sie mit seinem Auftrag, den Grafen (Raimund) von Toulouse zum Reinigungseid hinsichtlich der Anschuldigungen der Häresie und der Beteiligung an der Ermordung des Legaten (Peter von Castelnau) zuzulassen, umgegangen sind: Der Graf habe durch seine Weigerung, Häretiker und Söldner aus seinen Ländern zu vertreiben, wozu er sich verpflichtet hatte, die Zulassung zum Reinigungseid verunmöglicht, darüberhinaus keine Genugtuung für Übergriffe gegen kirchliche Personen geleistet und weitere, u. a. gegen die Äbte (Raimund) von Montauban und (Raimund) von Moissac und den Bischof (Arnald) von Agen, begangen; dies habe schon eine Kirchenversammlung in Saint-Gilles festgestellt, auch die Ermahnungen und Zitationen der delegierten Richter danach hätten kein Einlenken bewirkt, und zuletzt hätten die Prälaten auf dem Konzil von Lavaur ihnen den – dem Schreiben inserierten – Rat (Br. 48 [45]) erteilt, dem Grafen aus den genannten Gründen den Reinigungseid zu verwei-

---

[g]) *Bosquet:* … Archidiacono. [h]) *Bosquet:* Xantonen.*; so auch Migne.* [i]) *Migne:* ei. [j]) *Bosquet:* Xantonen.*; so auch Migne.* [k]) vestram; nostram *bei Bosquet und Migne.*

[4]) Radulf von La Peyratte, als Abt von Sainte-Croix in Talmond (Ben.-Abtei, Diöz. Poitiers, Dép. Vendée) bezeugt 1209–1233. Vgl. *Gallia Christiana* II 1424; *Cartulaire Talmond* XXIV, 425 (Index).

[5]) S. Br. XV 38 vom 30. April 1212, mit welchem der Auftrag an die delegierten Richter dem B. und Domkapitel von Saintes angekündigt wird.

[6]) Ein Archidiakon von Saintes und päpstlicher Subdiakon ist Empfänger des a pari-Briefs zu Br. XV 97. Ein päpstlicher Subdiakon G., Archidiakon von Aulnay (Aunis, eines der beiden Archidiakonate in der Diözese Saintes), ist 1202 und 1204 genannt: Br. V 132 (133) Bd. 5 S. 262 Z. 5f. und Br. VII 132; vgl. Johrendt, *Kreuzzug*, 85; möglicherweise ist aber auch der Archidiakon von Saintes (Saintonge) gemeint. Vgl. auch Favreau, *Archidiacres*, bes. 267–271.

[7]) Papst Alexander III. 1159–1181.

gern; dies hätten sie auch demselben auf die neuerliche Bitte um einen Ort und Termin für die Purgatio geantwortet.

(Lavaur, 1213 nach Januar 21)[1].

Reg. Vat. 8, fol. 145r–145v ⟨Nr. 39 bzw. 37⟩.

Catel, Histoire, 282f.; Bosquet 565, Nr. 39 = Baluze II 762, Nr. 39 = Migne, PL, 216, 832, Nr. 39; Villemagne, Bullaire Pierre de Castelnau, 285, Nr. 71. – Alvira Cabrer, Pedro el Católico, III 1489, Nr. 1455.

Sanctissimo[a)] patri et benignissimo domino Innocentio, Dei gratia summo pontifici, Hug(o), sola Dei permissione Regensis episcopus[2], et Thedisius, Ianuensis[b)] canonicus[b, 3)], humiles servi eius, cum longitudine dierum et vita perhenni[c)] ad oscula pedum se ipsos.

Sanctitati vestre insinuatione presentium innotescat, quod de facto comitis Tholosani[d, 4)], quod olim insufficientie nostre providentia vestra commisit, processimus in hunc modum: Sane prius apud sanctum Egidium infra tres menses secundum tenorem apostolici rescripti[5] concilium habuimus archiepiscoporum, episcoporum et aliorum prelatorum ecclesie, baronum et[e)] etiam[e)] aliorum, quorum presentiam novimus oportunam[6], ante omnia per litteras nostras comiti[f)] memorato mandantes, ut hereticos et Rotharios[7] de terra sua expelleret, alia etiam mandata impleret humiliter, ad que tenebatur astrictus pluribus iuramentis, ne, si forte mandata illa implere negligeret, purgationi sue impedimentum prestaret. Cumque vocatus venisset ad concilium et per operis evidentiam manifeste nobis et toti concilio constitisset, quod mandata[8], que de hereticis et Rothariis expellendis et aliis causis multis et negotiis diversis temporibus a diversis legatis et preci-

---

39. a) *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich; am rechten Rand ein Stern in rötlich-brauner Tinte.* b–b) *Nach* Ianuen(sis) *gestrichen* ep(iscopu)*s; Catel, Bosquet, Migne:* Canonicus Ianuensis. c) *Catel:* perpetua. d) *Bosquet, Baluze:* Tolosani*; Migne:* Tolesani. e–e) *Catel, Bosquet, Migne:* etiam et. f) comitti; Comiti *bei Bosquet und Migne*.

39. 1) Das Schreiben wurde nach dem Konzil von Lavaur (unten Anm. 20), das bis zum 21. Januar dauerte, abgefasst: s. Br. XVI 49 (46) S. 116 Z. 24f.: Ein Br. des Grafen Raimund an die Delegaten (unten S. 95 Z. 17f.) traf erst nach dem Konzil ein.

2) Hugo (III.) Raimundi, B. von Riez (Suffr. von Aix) 1202–1223, päpstlicher Legat zwischen 1208 und 1213. Vgl. *Gallia Christiana* I 401f.; *Dict. HGE* 25 (1995) 274f.; Pécout, *Hugues Raymond*.

3) S. Br. XVI 27 Anm. 3.

4) Raimund VI., Graf von Toulouse, Herzog von Narbonne, Markgraf der Provence 1194–1222. Vgl. *LMA* 7 (1995) 411f.; Macé, *Comtes de Toulouse*, 33–36 und ad indicem.

5) Br. XII 153 vom Januar 1210.

6) Eine Versammlung in Saint-Gilles (Arr. Nîmes, Dép. Gard) im Juli 1210 in Folgeleistung des päpstlichen Mandats, das Graf Raimund im Januar 1210 in Rom erreicht hatte, ihm die Möglichkeit zur Purgatio von den Anschuldigungen der Häresie und der Beteiligung an der Ermordung Peters von Castelnau (s. unten Anm. 10) zu geben; päpstliche Briefe an die Legaten und an Raimund über die Möglichkeit einer Purgatio des Letzteren: XII 152–154; XIII 186 (188). Vgl. auch ein Schreiben Innocenz' III. an König Philipp II. August vom 25. August 1210: Migne, *PL*, 216, 524, Nr. 168.

7) Rotharii, Ruptuarii: Bezeichnung für Söldner- und Räuberbanden im 12. und 13. Jh. in Frankreich. Vgl. *Dict. Théologie Catholique* 3 (1910) 1924f.; Grundmann, *Rotten*, 424–436; Fichtenau, *Ketzer*, 121, 135f.; Sibly–Sibly, *History*, 299–301; zum Vorwurf des Einsatzes von Söldnern durch Raimund VI. s. schon Br. X 69; vgl. Macé, *Comtes de Toulouse*, 355–359.

8) Zu den Verpflichtungen, die Graf Raimund im Juni 1209 gegenüber dem päpstlichen Legaten Milo und anlässlich einer Romreise im Winter 1209/1210 vor dem Papst selbst eingegangen war, s. XII, Processus, Nr. 1–4, 6, 7, 9 und Br. XII 90.

pue a bone memorie magistro Milone[9)] sibi facta fuerant, non impleverat nec implebat, consilium fuit omnium et communis[g)] deliberatio ipsum non debere tunc temporis ad purgationem admicti. Non enim verisimile videbatur, quod in tantis criminibus, videlicet super[h)] heresi et nece legati[i, 10)], bene iuraret, qui totiens in minoribus causis et articulis sua fuerat iuramenta transgressus. Iniunctum itaque sibi fuit[j)] a prelatis, qui convenerant ad colloquium, et a nobis, ut hereticos et Rotharios de suo districtu expelleret et alia nichilominus impleret humiliter et devote, de quibus constabat ipsum pluribus[k)] iuramentis[k)] obligatum fuisse, quatenus, cum in[l)] hiis et aliis se dignum[m)] fecisset, requisiti ab ipso circa personam eius apostolicum exequeremur mandatum. At ipse recedens a nobis non solum non implevit, que mandavimus, verum datus in reprobum sensum ex toto et vgl. Rm 1, 28 oblitus multam gratiam et misericordiam, quam ultra suorum exigentiam meritorum apud apostolicam sedem invenit, cepit iniquitati iniquitatem apponere ac preteritis abhominationibus et criminibus committere graviora, propter que a legatis de communi consilio prelatorum multotiens fuit anathematis mucrone percussus et exposita terra eius[11)]. Nec credat apostolica circumspectio nos in exequendo mandato vestro * extitisse aliquatenus * fol. 145v desides vel remissos, sepissime enim dictum comitem ex parte vestra citavimus, et ad presentiam nostram venire contempsit, nec venerabilibus patribus Carpentoracensi[n, 12)] et Vaisionensi[o, 13)] episcopis et clericis[p)] eorum, quibus usque ad summam fere mille marcharum per me Regensem et bone memorie magistrum Milonem sub pena excommunicationis quondam fuerat condempnatus[14)], et aliis ecclesiasticis et miserabilibus personis, quas exheredaverat, voluit satisfacere coram nobis, que omnia per venerabilem patrem Nemausensem episcopum, tunc sancti Ruffi abbatem[15)], et litteras nostras et per me Thedisium,

---

g) *Fehlt bei Catel.* h) *Catel:* de. i) *Catel:* legati vestri. j) *Fehlt bei Catel.* k–k) *Catel, Bosquet, Migne:* iuramentis pluribus. l) *Fehlt bei Catel.* m) *Catel:* indignum. n) *Bosquet:* Carpentoracten.*; so auch Migne.* o) *Bosquet:* Vaisonen.*; Baluze, Migne:* Vasionensi. p) *Catel:* literis.

9) Magister Milo, päpstlicher Notar, als Legat in Südfrankreich bezeugt seit dem 1. März 1209, gest. November 1209. Vgl. Sommerlechner, *Processus*.

10) Peter von Castelnau, Mönch der Zist.-Abtei Fontfroid, 1204–1208 päpstlicher Legat für die Bekämpfung der Albigenser (vgl. *LMA* 3 [1983] 1560); zu seiner Ermordung am 14. Januar 1208 bei Arles s. Br. XI 25 (26, 27), zur gegen Raimund erhobenen Beschuldigung der Mittäterschaft und der „familiaritas“ mit dem Täter ebd. Bd. 11 S. 34 Z. 7–11; XII Processus Nr. 2 Bd. 12 S. 145 Z. 16–18; vgl. Roquebert, *Épopée Cathare*, I 211–219; Paul, *Meurtre*, 259–274; s. auch Petri Vallium Sarnaii Hystoria Albigensis § 360 (ed. Guébin–Lyon) II 58–60.

11) Exkommunikation und Interdikt gegen Raimund und seine Länder auf dem Konzil von Avignon im September 1209 wurden auf der Versammlung in Saint-Gilles von den Legaten wiederholt; nach einem ergebnislosen Treffen des Grafen (und des Königs von Aragón) mit den Legaten in Narbonne im Januar 1211 und einem weiteren in Montpellier am 6. Februar 1211 wurde von den päpstlichen Legaten, gemeinsam mit zwei Erzbischöfen und vier Bischöfen, die Exkommunikation verhängt. S. das Schreiben des B. von Cahors, das die Sentenzen gegen Raimund enthält: Galabert, *Album*, fasc. 2, T. V, Nr. 2. Vgl. Petri Vallium Sarnaii Hystoria Albigensis § 195, 212 (ed. Guébin–Lyon) I 196f., 210f.; 211, Anm. 1; Roquebert, *Épopée Cathare*, I 375–379; Br. XIV 35 (36).

12) Gottfried, als B. von Carpentras (Suffr. von Arles) bezeugt 1195–1211. Vgl. *Atlas Provence* II 110. S. auch Br. X 69 Bd. 10 S. 121 Z. 14–16; Rouquette–Villemagne, *Cartulaire*, II, Nr. 300, S. 58f., 62.

13) Raimbaldus Flotte, als B. von Vaison (Suffr. von Arles) bezeugt 1193–1211. Vgl. *Gallia Christiana* I 927f.; *Dict. BF* 14 (1979) 131; Rouquette–Villemagne, *Cartulaire*, II, Nr. 300, S. 62.

14) Am 6. November 1209 durch den Legaten Milo: *Gallia Christiana Novissima VII: Avignon* 114, Nr. 351.

15) Arnald, als Abt von Saint-Ruf (Augustiner-Chorherrenabtei in Valence, Dép. Drôme) bezeugt 1207–1212, B. von Nîmes (Suffr. von Narbonne) 1212–1242. Vgl. *Gallia Christiana* XVI 361f.; Vones-Liebenstein, *Saint-Ruf*, 891 (Index).

qui postmodum[q)] ad pedes vestros accessi[r)], benignitati vestre curavimus diligentissime intimare.

Postquam autem a beatitudine vestra hoc anno recepimus super eodem negotio iteratum mandatum[16)], licet a comite ipso numquam fuerimus[s)] requisiti, apud Auinionensem civitatem in Prouintia[17)] continuo vocavimus ecclesiarum prelatos, quorum consilio et deliberatione mandatum vestrum tucius exequi valeremus. Verum ego Thedisius gravissima infirmitate detentus[t)] et multi ex prelatis, quia generalis corruptio aeris ibi erat, nequivimus colloquio interesse, sicque factum est, ut necessario negotium differretur. Deinde quando tempus habuerimus[u)] oportunum, venerabiles patres Narbonensis apostolice sedis legatus[18)] et Burdegalensis[19)] archiepiscopi, multi preterea episcopi et alii ecclesiarum prelati iuxta Tholosam apud Vaurum[20)] ad citationem nostram ad concilium convenerunt, a quibus, prout tenebamur, in tanto negotio consilium requisivimus diligenter. Ipsi vero post multam deliberationem et diligentem tractatum consilium suum nobis in scriptis dederunt, quatuor nomine omnium[v)] sigillatum sigillis, sicut de verbo ad verbum inferius plenius continetur:

In[21)] nomine domini nostri Iesu Christi amen. Hoc est consilium, quod dominus Narbonensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, et alii ecclesiarum prelati, qui fuerunt in concilio apud Vaurum, dederunt Regensi episcopo et magistro Thedisio, canonico Ianuensi, iudicibus delegatis a domino papa, super negotio comitis Tholosani. Consuluerunt enim eis, quod comes Tholosanus propter multiplices causas et rationes non debebat[w)] ab eis ad purgationem admitti tam super crimine heretice pravitatis quam super nece legati, constat enim et notorium est, quod de expellendis hereticis et Rothariis de terra sua et aliis multis articulis multotiens prestitit iuramenta in manibus legatorum, quorum nullum[x)] servavit, ymo postquam ab apostolica sede rediit, apud quam multam misericordiam et gratiam invenit ultra suorum exigentiam meritorum, iniquitatem iniquitati apponens adauxit pedagia[22)], impugnavit ecclesiam et pacem cum Rothariis et hereticis incessanter impugnat, receptavit hereticos, fovit et fovet et, quanta potuit et potest virtute, defendit[23)]. Mille insuper et ultra de crucesignatis clericis[y)] et laicis Rotharii eius et complices occiderunt[24)]. Preterea ..[z)] abbatem de Montealbano[25)] fere per annum captum

---

[q)] *Catel:* paternos. [r)] *Fehlt bei Catel.* [s)] *Catel:* fuimus. [t)] *Catel, Bosquet, Migne:* praeventus. [u)] *Bosquet, Migne:* habuimus. [v)] ho(m)i(nu)m; omnium *bei Bosquet und Migne.* [w)] debeat; debebat *bei Catel, Bosquet und Migne; s. auch unten S. 95 Z. 7.* [x)] *Migne:* nullam. [y)] *Catel:* ecclesiasticis. [z)] *Fehlt bei Bosquet.*

[16)] Br. XV 102 a pari vom Mai/Juni 1212. Br. XV 214 (212) vom 18. Januar 1213 war wohl noch nicht vorliegend.

[17)] Der Plan eines Konzils in Avignon ist durch den vorliegenden Brief bekannt.

[18)] S. Br. XVI 5 Anm. 6.

[19)] S. Br. XVI 5 Anm. 1.

[20)] Das Konzil von Lavaur (Arr. Castres, Dép. Tarn) vom 14. bis 21. Januar 1213.

[21)] Das Insert entspricht Br. XVI 48 (45).

[22)] Auf die zu verzichten er versprochen hatte: Vgl. XII, Processus Nr. 2, S. 145 Z. 15; Nr. 4, S. 149 Z. 25–29; Br. XII 169.

[23)] S. Conc. Lat. III, c. 27 (*COD*[3] 224f.); Br. II 1 (Vergentis = Comp. III 5. 6. 1; Alan. 5. 6 un.; Alan. K 5. 6 un.; Bern. 5. 5. 1; Coll. Fuld. 5. 6. 3; Gilb. 5. 4 un.; Coll. Luc. 102; Rain. 13. 3; X 5. 7. 10 [Friedberg, *CorpIC*, II 782]) Bd. 2 S. 4 Z. 25.

[24)] Vielleicht eine Anspielung auf den Überfall bei der Burg Montgey, s. unten Br. XVI 44 (42) Anm. 18.

[25)] Raimund von Azémard, als Abt von Saint-Théodard-de-Montauriol (Ben.-Abtei, Filiale von La Chaise-Dieu, in Montauban, Dép. Tarn-et-Garonne) bezeugt 1203, 1210, 1212. Vgl. *Gallia Christiana*

detinuit, abbatem de Moysiaco[26)] cepit, episcopum Agannensem[aa, 27)] de propria sede cum Rothariis eiecit et civitate sua et aliis bonis omnibus spoliavit et dampnificavit eum in valentia quindecim milia[bb)] solidorum. Adeo preterea infamatus fuit et est de heresi a longe[cc)] retro temporibus apud bonos et graves, quod invincibiliter presumitur contra ipsum. Propter istas et alias plurimas enormitates et manifestos excessus ipsius, que[dd)] longum est enarrare, dixerunt prelati et concorditer responderunt, quod adeo se fecit indignum, ut ei fieri copia Evangeliorum non debebat[ee)] a legatis vel iudicibus delegatis, et etiam, quia tali excommunicationis genere propter[ff)] ea[ff)], que dicta sunt, tenetur astrictus, quod ab eis sine speciali mandato domini pape non potest absolvi. Placuit enim toti concilio, ut presens scriptum sigillis dicti domini Narbonensis archiepiscopi et Albiensis[28)], Tholosani[29)] et Conuenarum[30)] episcoporum suo et aliorum nomine signaretur.

Et quia non poteramus ad purgationem iniungendam comiti procedere iuxta consilium prelatorum, per litteras nostras bis protestati fuimus comiti sepedicto, quod per ipsum stabat et impedimentum prestiterat, ne factum ipsius posset ulterius habere progressum absque summi pontificis licentia speciali. Profecto[gg)] preter[gg)] alias iniquitates et abhominationes ipsius abbatem de Montealbano fere per annum tenuerat vinculis mancipatum necnon de sede propria bonis omnibus spoliatum eiecerat episcopum Agennensem. Ipse tamen nobis postea per quendam troctarium[hh, 31)] suas litteras destinavit, in quibus misericordiam potius quam iudicium implorabat postulans a nobis, ut vel intraremus[ii)] Tholosam ad ipsum aut ei assignaremus locum alium competentem, quibus diligenter in scriptis rescripsimus, quod in causa eius propter rationes prefatas procedere nullatenus poteramus, et idcirco nolumus[jj)] eum gravare vel etiam nos ipsos inutiliter laboribus et expensis. Volentes igitur fines mandati diligentissime custodire, meram et plenam veritatem, scilicet

---

[aa]) *Bosquet:* Agennen.*; so auch Migne.* [bb]) *Baluze, Migne:* millium. [cc]) *Bosquet, Migne:* longis*; s. aber unten Br. XVI 48 (45) S. 115 Z. 20.* [dd]) *Bei Baluze und Migne folgt:* omnia. [ee]) *Bosquet, Migne:* deberet*; Br. XVI 48 (45) S. 115 Z. 24:* debeat. [ff–ff]) *Zusammengeschrieben* propterea. [gg–gg]) *Catel:* Propter. [hh]) *Catel, Bosquet, Migne:* notarium*; s. aber Anm. 31 und Br. XVI 49 (46) S. 116 Z. 6 mit Anm. 4.* [ii]) *Bosquet, Migne:* mitteremus. [jj]) *Bosquet, Migne:* noluimus.

XIII 229; 1209 für Raimund VI. an der Kurie; der Abt von Saint-Théodard war Herr der Hälfte der 1144 gegründeten Siedlung Montauban; Abt Raimund hoffte, mit Hilfe von Simon von Montfort seine Herrschaft auszuweiten, während die Bürger von Montauban Raimund VI. anhingen, der den Abt gefangensetzte. S. Chanson de la Croisade Albigeoise c. 39 (ed. Martin-Chabot) I 98. Vgl. Daux, *Histoire*, I 97.

[26]) Raimund (III.) de Proët, Abt von Moissac (Ben.-Abtei, Diöz. Cahors, Dép. Tarn-et-Garonne) 1199–1214. Vgl. *Gallia Christiana* I 166. Zu den Herrschaftsaspirationen des Abtes vgl. Macé, *Comtes de Toulouse*, 349f.; zur Belagerung der Festung von Moissac, deren Bewohner als Anhänger Raimunds VI. dessen Söldner gerufen und den Abt zum Exil veranlasst hatten, durch Simon von Montfort und deren Übergabe im August 1212 s. Petri Vallium Sarnaii Hystoria Albigensis § 340f., 353 (ed. Guébin–Lyon) II 39f., 49f. Vgl. Roquebert, *Épopée Cathare*, I 477f.; Marvin, *Occitan War*, 148–153.

[27]) S. Br. XVI 5 Anm. 2.

[28]) Wilhelm (V.) Petri, B. von Albi (Suffr. von Bourges) 1185–1227 (resigniert), gest. 1230. Vgl. *Gallia Christiana* I 15–17; *Dict. HGE* 1 (1912) 1616.

[29]) Fulko von Marseille, B. von Toulouse (Suffr. von Narbonne) 1205–1231. Vgl. *Gallia Christiana* XIII 21–25; Bolton, *Fulk of Toulouse*.

[30]) Garsias de Horto (de Lhort, Lorte), als B. von Comminges (Suffr. von Auch) bezeugt ab 1210, EB. von Auch 1214/1215–1226. Vgl. *Gallia Christiana* I 1097, 990f.

[31]) Trotarius, Cursor, Bezeichnung in Urkunden Peters II. für Läufer, Überbringer offizieller Schreiben. Vgl. Du Cange, *Glossarium*, VIII 196.

totius facti seriem et processum, beatitudini vestre breviter intimamus, cui soli Dominus imponendi finem tantis[kk)] cladibus[ll)] plenissimam scientiam et potestatem concessit.

Ecclesie sue omnipotens Deus[mm)] presidentiam vestram in longitudinem dierum conservet.

40.

Der Erzbischof M(ichael) von Arles, die Bischöfe W(ilhelm) von Avignon, B(urno) von Viviers, R(aimund) von Uzès, A(rnald) von Nîmes, (Wilhelm) von Maguelonne, W(ilhelm) von Carpentras, W(ilhelm) von Orange, G(ottfried) von Saint-Paul-Trois-Châteaux und B(ertand) von Cavaillon, der Elekt R(ipert) von Vaison und der Abt P(ontius) von Saint-Gilles beschwören den Papst, den segensreichen Kampf gegen die Häresie in der Provinz Narbonne weiterzuführen, insbesondere die Stadt Toulouse auszumerzen und dem Tyrannen und Ketzer (Raimund) von Toulouse und dessen Sohn (Raimund) die Möglichkeit für einen Gegenschlag zu nehmen, und vertrauen Alles, was sie dem Papst darüber mitteilen möchten, dem Magister Thedisius an.

Orange, 1213 Februar 20.

Reg. Vat. 8, fol. 145^{v}–146^{r} ⟨*Nr.* 40⟩.

Catel, Histoire, 285–287; Bosquet 567, Nr. 40 = Baluze II 763, Nr. 40 = Migne, PL, 216, 835, Nr. 40; Gallia Christiana Novissima VII: Avignon 125, Nr. 374; Gallia Christiana Novissima IV: Saint-Paul-Trois-Châteaux 69, Nr. 117.

[S]anctissimo[a)] patri et[b)] benignissimo domino Innocentio, Dei gratia summo pontifici, M(ichael), divina permissione Arelatensis archiepiscopus[1)], W(illelmus) Auinionensis[c, 2)], B(urno) Viuariensis[3)], R(aimundus) Vticensis[4)], A(rnaldus) Nemausensis[5)], .. Magalon(ensis)[6)], G(uillelmus) Carpentoracensis[d, 7)], G(uillelmus) Aurasicensis[8)], G(aufridus) Tri-

Bosquet 597, Nr. 63 = Baluze II 779, Nr. 63 = Migne, PL, 216, 866, Nr. 63. – Potth. Reg. 4739; Bernoulli, Acta pontificum Helvetica, I 55, Nr. 71.

---

[c]) *Bosquet:* Strigonien.*; so auch Migne.*

[6]) Kalenda (Calanda), B. von Veszprém (Suffr. von Esztergom) 1193–1209. Vgl. Sweeney, *Esztergom Election Dispute*, 120f. mit Anm. 22.

[7]) Iób, EB. von Esztergom 1184/1185–1204. Vgl. Szentpétery, *Regesta*, 543 (Index); *Dict. HGE* 15 (1963) 1102; Sweeney, *Esztergom Election Dispute*, 116.

[8]) S. Br. XVI 29 Anm. 44.

Episcopo Lingonensi[1] et abbati Morimundi[2], Lingonensis diocesis.

Auditis et intellectis, que super[a] inquisitione facta contra venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Bisuntinum[3] fuere proposita coram nobis, quia per depositiones testium constitit evidenter ipsum clericos, cum eos promovebat ad ordines, fecisse promittere data fide, quod eum[b] per sedem apostolicam vel per alium super obtinendo beneficio non vexarent, ut puniatur, in quo deliquid, eundem a collatione ordinum duximus suspendendum et, quamdiu nobis placuerit, volumus manere suspensum. Interim autem per aliquem de suffraganeis ecclesie Bisuntine[4], cum neccessitas postulaverit[c], clericis Bisuntine diocesis ordines conferri mandamus. Ceterum quoniam idem archiepiscopus super vitio simonie ac lapsu carnis necnon venditione iusticie dinoscitur infamatus, super hiis ei purgationem cum tercia manu episcoporum sue provintie vel etiam vicinarum et trium abbatum Bisuntine diocesis bone opinionis et vite, qui conversationem eius cognoverint, indicentes[5] discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus ab eo infra tres menses prefixos[d] a nobis[e] huiusmodi purgatione recepta ipsum[f] super illis articulis boni testimonii publice nuntietis. Quodsi forte in purgatione defecerit, ipsum a pastorali regimine amoventes faciatis ecclesie Bisuntine de persona idonea provideri.

Vos denique, frater episcope et fili abbas[g], et cetera.

Datum Laterani, IIII Kal. Iunii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

67 (64).

Innocenz III. trägt dem Abt (Michael) von Saint-Florent-lès-Saumur auf, den Konflikt zwischen den Erzbischöfen (Wilhelm) von Bordeaux und (Girard) von Bourges um die von Letzterem beanspruchte Suprematie gemeinsam mit zwei von ihm ausgewählten Vertretern der beiden Parteien zu untersuchen und bis zur Spruchreife zu verfahren, das Ergebnis an die Kurie zu schicken und den Parteien dort einen Termin zur Entgegennahme des päpstlichen Urteils zu setzen.

Lateran, 1213 Juni 8.

---

66. [a]) sunt; super *bei Bosquet und Migne.* [b]) cu[m]; eum *bei Bosquet und Migne.* [c]) *Bosquet:* postulavit. [d]) prefigente ... termino*, unvollständig korr. (s. die folgende Anm.);* praefixos *bei Bosquet und Migne.* [e]) *Darnach gestrichen:* termino. [f]) *Darnach gestrichen:* a pastorali regimine*; s. unten Z. 15f.* [g]) *Baluze und Migne ergänzen:* super vobis.

66. [1]) S. Br. XVI 17 Anm. 4.

[2]) Heidenreich, als Abt von Walkenried (Diöz. Mainz, LKr. Osterode, Niedersachsen) bezeugt 1202, Abt von Morimond (Primarabtei der Zisterzienser, Diöz. Langres, Comm. Parnoy-en-Bassigny, Cant. Bourbonne-les-Bains, Arr. Langres, Dép. Haute-Marne) 1204/1205–1210/1212. Vgl. Dobenecker, *Regesta*, II 227, Nr. 1225; Chauvin, *Abbatiale*, bes. 164, 173; Hucker, *Otto IV.*, 485, Nr. 164 und ad indicem; Chauvin, *Abbés*, 392–401.

[3]) S. Br. XVI 30 Anm. 67. Mit der Untersuchung der gegen EB. Amadeus erhobenen Anschuldigungen hatte Innocenz III. am 16. November 1211 delegierte Richter beauftragt: Br. XIV 125. S. auch unten Br. XVI 161 (158).

[4]) Suffragane von Besançon: Basel, Belley, Lausanne.

[5]) Vgl. *Decretum Gratiani* C. 2 q. 5 c. 17 (Friedberg, *CorpIC*, I 460) = Comp. I 5. 29. 4 = X 5. 34. 5 (Friedberg, *CorpIC*, II 870). Vgl. Cheney, *Studies*, 320.

Reg. Vat. 8, fol. 152r ⟨Nr. 64 bzw. 69⟩.
Dumay 125, Nr. 6; Bosquet 597, Nr. 64 = Baluze II 780, Nr. 64 = Migne, PL, 216, 866, Nr. 64. – Potth. Reg. 4750; Bréquigny, Table chronologique, IV 561.

Abbati sancti Florentii Salmurien(sis)[1].

Constitutus[a] in presentia nostra venerabilis frater noster[a] Burdegalensis archiepiscopus[2] nobis humiliter supplicavit, quod[b], cum venerabilis frater noster Bituricensis archiepiscopus[3] in provincia sua ius primatie ad se asserat pertinere[4], super hoc causam inter eos committere dignaremur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus duobus viris providis et honestis, quorum unus a parte una, reliquus[c] vero ab altera tibi presentetur, assumptis causam super hoc audias cum eisdem usque ad diffinitive sententie calculum procedens in ipsa[d] eandem ad nos remittas sufficienter instructam prefixo partibus termino competenti, quo per se vel procuratores idoneos nostro se conspectui representent iustam auctore Domino sententiam recepture.

Tu denique, fili abbas, et cetera.

Datum Laterani, VI[e] Idus Iunii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

68 (65).

Innocenz III. teilt den Bischöfen der Kirchenprovinz Bordeaux mit, dass er den Erzbischof (Wilhelm) von Bordeaux von der Suspension, die der Erzbischof (Girard) von Bourges über ihn verhängt hat, löst, nachdem dieser sich verpflichtet hat, in Zukunft den Ladungen des Erzbischofs von Bourges Folge zu leisten.

Lateran, 1213 Juni 6.

Reg. Vat. 8, fol. 152r–152v ⟨Nr. 65 bzw. 70⟩.
Bosquet 598, Nr. 65 = Baluze II 780, Nr. 65 = Migne, PL, 216, 867, Nr. 65. – Potth. Reg. 4745; Bréquigny, Table chronologique, IV 561.

..[a] Episcopis per Burdegalensem provintiam constitutis[1].

Cum olim venerabilis frater noster Bituricensis[b] archiepiscopus[2] auctoritate primatie, quam in provintia vestra sibi asserit pertinere, venerabilem fratrem nostrum Burdegalen-

---

67. [a–a]) *Fehlt bei Dumay.* [b]) *Baluze, Migne:* quatenus. [c]) *Bosquet:* reliquis. [d]) *Bosquet:* ipsam*; Dumay:* ipsis. [e]) *Dumay:* 3.

67. [1]) Michael, Abt von Saint-Florent-lès-Saumur (Ben.-Abtei, Diöz. Angers, Cant., Arr. Saumur, Dép. Maine-et-Loire) 1203–1220. Vgl. Historia Sancti Florentii (ed. Marchegay–Mabille) 313–315; Avril, *Gouvernement*, I 436f.
[2]) S. Br. XVI 5 Anm. 1.
[3]) S. Br. XVI 30 Anm. 101.
[4]) Zum Konflikt um die Suprematie des EB. von Bourges über Bordeaux, der 1210 ausbrach und 1227 noch nicht beigelegt war, s. auch ein Schreiben des Königs Philipp II. August an den Papst, in dem er den Primat für den Erzbischof von Bourges reklamiert: Monicat–Boussart, *Recueil*, III 304, Nr. 1197, und Br. XV 45 und 130; vgl. Lainé, *Fasti XIII: Bordeaux*, 108f.

68. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b]) *Bosquet:* … Bituricen.

68. [1]) S. Br. XVI 30 Anm. 104.
[2]) S. Br. XVI 30 Anm. 101.

sem archiepiscopum[3] a metropolitice dignatis officio suspendisset pro eo, quod ad suum vocatus concilium accedere non curavit nec pro se aliquem [responsalem][c] idoneum destinare, ac super huiusmodi suspensionis sententia fuisset [inter][d] eundem Bituricensem et dilectum filium magistrum Amaneum, procuratorem ipsius Burdegalensis archiepiscopi, coram nobis diutius disputatum, tandem de fratrum nostrorum concilio[e] sententiam ipsam ratam habuimus et usque ad satisfactionem idoneam precepimus observari, hoc ad cautelam expresso, quod lis coram nobis non de primatia, sed de sententia extitit ventilata[4]. Postmodum vero credentes ad satisfactionem * sufficere competentem pro predicta sententia relaxanda, ut memoratus Burdegalensis archiepiscopus per seipsum aut alium virum idoneum ad presentiam dicti Bituricensis accederet relaxationem eiusdem sententie humiliter petiturus et promissurus firmiter sub suarum, si neccesse foret, testimonio litterarum, quod ad eius concilium vocatus accederet facturus, quod foret faciendum de iure, per litteras nostras ipsi Bituricensi dedisse meminimus in preceptis, ut, cum a Burdegalensi predicto foret taliter requisitus, predictam non differret sententiam relaxare, nullam penam inflicturus eidem, si forte dictam sententiam non servarat, antequam per nos declaratum fuisset, an esset eadem[f] observanda[5], venerabili fratri nostro Turonensi archiepiscopo[6] et coniudicibus suis[7] per scripta nostra mandantes, ut Bituricensi iamdicto in mandati nostri exequtione cessante ipsi sepedictam sententiam relaxarent absque preiudicio iuris sui[8]. Nuper autem idem Burdegalensis archiepiscopus ad presentiam[g] nostram[g] accedens proposuit coram nobis, quod de huiusmodi confirmatione sententie nichil umquam per litteras ipsius Bituricensis aut nuntium sibi fuerat intimatum, propter quod ipsam petiit a nobis humiliter relaxari. Nos igitur volentes utrique paterna sollicitudine providere sententiam relaxamus memoratam, firmam promissionem recipientes a Burdegalensi predicto, quod vocatus accedet ad ipsius Bituricensis concilium facturus, quod de iure fuerit faciendum.

* fol. 152v

Vos denique, fratres episcopi, super vobis ipsis et cetera.

Datum Laterani, VIII Idus Iunii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

69 (66).

Innocenz III. trägt dem Abt (Hadmar) von Melk und dem Propst von Heiligkreuz in Augsburg aufgrund des Ansuchens des Erzbischofs (Eberhard) von Salzburg, das Nonnenkloster (Frauen-)Chiemsee aus disziplinären Gründen aufzulösen, das Chorherrenstift (Herren-)Chiemsee dorthin zu verlegen und ein Bistum zu errichten, auf, den Zustand des Frauenklosters zu untersuchen, Dotierung und Ausdehnung des geplanten Bistums, die Haltung der Chorherren und des Salzburger Domkapitels dazu und die Pläne des Erzbischofs bezüglich der Bischofswahl

---

[c]) *So Bosquet und Migne.* [d]) *So Bosquet und Migne.* [e]) *Bosquet, Migne:* consilio. [f]) eode(m); eadem *bei Bosquet und Migne.* [g–g]) *Baluze, Migne:* nostram presentiam.

[3]) S. Br. XVI 5 Anm. 1.

[4]) Br. XV 45 vom 17. Mai 1212.

[5]) Br. XV 130 vom 11. Juli 1212.

[6]) Johannes von Faye, EB. von Tours 1208/1209–1228. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 100–104; *Dict. HGE* 16 (1967) 772f.

[7]) Dem Domdekan Philipp und dem Subdekan von Poitiers.

[8]) Br. XV 130 a pari.

in Erfahrung zu bringen und ihren Befund gemeinsam mit Abschriften der Privilegien beider Klöster an den Papst zu senden.

Lateran, 1213 Juni 20.

Reg. Vat. 8, fol. 152ᵛ ⟨Nr. 66 bzw. 71⟩.

Bosquet 599, Nr. 66 = Baluze II 780, Nr. 66 = Migne, PL, 216, 868, Nr. 66; Hauthaler–Martin, Salzburger UB, III 169, Nr. 664; Wallner, Chiemsee, 126, Nr. 10. – Potth. Reg. 4768; BFW 6150.

Abbati de Mellic[a, 1)], Patauiensis diocesis, et preposito sancte Crucis Augusten(sis)[2)].

Oblata nobis ex parte venerabilis fratris nostri Salzeburgensis[b)] archiepiscopi[3)] petitio continebat, quod infra fines parrochie sue in insula, que Chiense[c)] vocatur, duo sunt monasteria constituta, quorum unum moniales[4)] inhabitant, aliud vero canonici regulares[5)]. Verum moniales abiecto pene penitus iugo modestie regularis sine freno pudoris et verecundie obice evagantur per campos licentie dissolute ac sic se motibus exposuere carnalibus, quod locus, in quo habitant, dici potest lupanar potius quam oratorium ab effectu, dictus autem archiepiscopus ad expurgandam tantam labem volens extendere manus suas, ut eedem moniales divise per alia religiosa cenobia forte proficiant, que in suo collegio merito deficiunt et exemplo mutuo contagio corruptele, proposuit, quod ipsis per alia loca, in quibus religio floreat, collocatis cathedram ibi pontificalem instituat et bonis ipsius monasterii cum possessionibus, quas ipse proponit sufficienter adicere, ad mensam futuri episcopi deputatis illuc canonicos alterius vicini[d)] monasterii transferat, cum ibi fuerit ecclesia cathedralis, facultatibus, quas nunc possident, ad eorum sustentationem integre conservatis. Causas autem huiusmodi[e)] sui propositi allegabat zelum religionis, quam in altero predictorum monasteriorum asserebat penitus dissolutam, et utilitatis evidentiam, que in partibus illis yemali maxime tempore impeditur. Cum enim eius provintia sit longe lateque diffusa, frequenter hiis, que limam correctionis exposcunt, visitationis et reformationis officium nequit impendere competenter, cum propter yemalis asperitatis obstaculum et propter annone defectum locum ipsum multotiens adire non possit et ibidem, prout utilitas exigit, immorari. Ne igitur locus predictus visitationis officio et

69. [a)] *Bosquet:* mellio*; Baluze, Migne:* Mellio. [b)] *Bosquet:* …. Salzeburgen. [c)] *Bosquet:* Chiese *mit Kontraktionskürzung; Baluze, Migne:* Chiemense. [d)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [e)] *Bosquet, Migne:* huius.

69. [1)] Hadmar, Abt von Melk (Ben.-Abtei, Diöz. Passau, Niederösterreich) 1212–1217. Vgl. Kowarik–Krassnig–Niederkorn-Bruck*, Melk*, 618.

[2)] Als Pröpste von Heiligkreuz (Augustiner-Chorherrenstift in Augsburg) sind Berthold ca. 1194 und 1200 und Konrad 1223 bezeugt. Vgl. Lindner*, Monasticon Episcopatus Augustani*, 7; Hörmann, *Augustiner-Chorherrn*, 101; Backmund, *Chorherrenorden*, 49–52; Wendehorst–Benz, *Stifte der Augustiner-Chorherren*, 16f.

[3)] S. Br. XVI 21 Anm. 1.

[4)] Frauenchiemsee (Frauenwörth), Benediktinerinnen-Abtei auf der gleichnamigen Insel im Chiemsee, Diöz. Salzburg (ht. München-Freising), Bayern. Die Rechte des Reichs am Kloster und seinem Besitz waren 1201 von Philipp von Schwaben an EB. Eberhard II. von Salzburg übertragen worden. Dieser ließ sich von König Friedrich II. im März 1213 und 1215 die Übertragung bestätigen und das Recht verleihen, dort einen Bischof als Vikar einzusetzen, der Regalien und Investitur vom Erzbischof empfangen sollte. Vgl. Weitlauff, *Frauenchiemsee*, bes. 635–637; *MGH D Phil.* 130, Nr. 56; *DD F. II.* Bd. II 61, Nr. 198; 243, Nr. 290.

[5)] Herrrenchiemsee, Augustiner-Chorherrenstift auf der Herreninsel im Chiemsee, Diöz. Salzburg (ht. München-Freising), Bayern. Vgl. Dopsch, *Weg*, bes. 91–96.

sacramentis ecclesiasticis per episcopum conferendis plus debito defraudetur, idem archiepiscopus supplicavit, ut eius proposito dignaremur favoris apostolici presidium impertiri.

Quia vero in talibus sine deliberatione provida procedere non debemus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus inquiratis sollicite veritatem de lapsu monasterii supradicti et utrum ordo monialium ibi valeat reformari et si moniales aliquas defensiones ostendunt, quantumcumque[f)] ad opus[g)] episcopalis mense bonis eiusdem monasterii de suis facultatibus velit adicere archiepiscopus memoratus et si canonici supradicti negotio isti suum impertiantur assensum, et si non, quam causam contradictionis allegent, qualem et quantam partem de diocesi sua conferre disponat ad episcopalem diocesim faciendam, si expressus consensus capituli Salzeburgensis cum voluntate archiepiscopi conveniat in hoc facto et si etiam in electione futuri episcopi sibi velit archiepiscopus ius aliquod[h)] vendicare, privilegia quoque utriusque monasterii transcribi fideliter faciatis, super hiis et aliis circumstantiis, quod inveneritis, nobis prudenter et veraciter rescribentes, ut super hoc, prout expedire viderimus, procedamus[6)].

Tu denique, fili abbas, et cetera.

Datum Laterani, XII Kal.[i)] Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

70 (67).

Innocenz III. spricht dem Stift Mont-Joux (am Großen St. Bernhard) das zwischen diesem und der Abtei Saint-Seine umstrittene Hospital von Val-Suzon zu.

Lateran, 1213 Juni 20.

Reg. Vat. 8, fol. 152^{v} ⟨Nr. 67 bzw. 72⟩.

Bosquet 600, Nr. 67 = Baluze II 781, Nr. 67 = Migne, PL, 216, 869, Nr. 67; Bernoulli, Acta pontificum Helvetica, I 55, Nr. 72. – Potth. Reg. 4769; Bréquigny, Table chronologique, IV 562.

Preposito[1)] et fratribus Montisiouis.

Ortam dudum inter vos ex parte una et .. abbatem et conventum sancti Secani[2)], Lingonensis diocesis, super domo vallis Suisionis[a, 3)] ex altera, questionem venerabili fra-

---

[f)] *Bosquet, Migne:* quantumque. [g)] *Über* -us *ein überflüssiger Kürzungsstrich, vielleicht durchgestrichen.* [h)] *Bosquet:* aliquid. [i)] *Fehlt bei Bosquet.*

[6)] Der Bischofssitz wurde 1215/1216 beim Chorherrenstift eingerichtet, das den Dompropst und das Domkapitel stellte, während das Nonnenkloster weiterbestand. S. das Privileg Innocenz' III. vom 28. Januar 1216, *Potth. Reg.* 5056; Dr.: Hauthaler–Martin, *Salzburger UB*, III 200, Nr. 692. Vgl. Seidenschnur, *Eigenbistümer*, 194–199; Heim, *Chiemsee*, 158f.

70. [a)] *Migne:* Sussionis.

70. [1)] Wahrscheinlich Arducius, als Propst des Regularkanonikerstifts und Hospizes am Großen St. Bernhard (Mont-Joux) (Diöz. Sitten [Sion], Kanton Wallis, Schweiz) nach der 1212 von Innocenz III. verfügten Absetzung des Propstes Valcherus (?) (Br. XV 105) bezeugt 1215. Vgl. Zenhäusern–Kalbermatter, *Grand-Saint-Bernard*, 158.

[2)] Olivarius, als Abt von Sainte-Seine-l'Abbaye (Ben.-Abtei, Diöz. Langres, Dép. Côte-d'Or) bezeugt 1205–1224/1226. Vgl. *Gallia Christiana* IV 698; Roussel, *Langres*, III 158.

[3)] Hospital und Priorat Val-Suzon, Cant. Fontaines-lès-Dijon, Arr. Dijon, Dép. Côte-d'Or. Vgl. Zenhäusern–Kalbermatter, *Grand-Saint-Bernard*, 158, 240.

tri nostro Senonensi archiepiscopo[4)] duximus committendam. Cum igitur idem causam remisisset ad nos sufficienter instructam, te, fili preposite, ac procuratore[b)] partis alterius propter hoc in nostra presentia constitutis, eandem examinavimus diligenter et tam actis coram dicto archiepiscopo quam hiis, que coram nobis fuere proposita, plenius intellectis de fratrum nostrorum consilio domum vobis sententialiter adiudicavimus supradictam.

Nulli ergo omnino[c)] hominum liceat hanc paginam nostre diffinitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc[c)] et cetera usque incursurum.

Datum Laterani, XII Kal. Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

71 (68).

Innocenz III. bestätigt dem Dompropst (Otto) und dem Domkapitel von Gurk den von Bischof Roman von Gurk vermittelten Gütertausch mit Poppo von Waldeck und die Restituierung von Forstrechten durch den Bischof, wie sie dieser in seiner hier inserierten Urkunde festgelegt hat.

Lateran, 1213 Juni 17.

Reg. Vat. 8, fol. 152ᵛ–153ʳ ⟨Nr. 68 bzw. 73⟩.

Empfängerüberlieferung; Original in Klagenfurt, Kärntner Landesarchiv, Allgemeine Urkundenreihe C 1169; Dr.: Jaksch, Monumenta Ducatus Carinthiae, I 340, Nr. 444; Reg.: Hilger, Verzeichnis, 36, Nr. 54. – Insert: Original in Klagenfurt, Kärntner Landesarchiv, Allgemeine Urkundenreihe C 1261; Dr.: Jaksch, Monumenta Ducatus Carinthiae, I 178, Nr. 230.

Bosquet 600, Nr. 68 = Baluze II 81, Nr. 68 = Migne, PL, 216, 869, Nr. 68. – Potth. Reg. 4761 (zu Juli 17), S. 415 nach 4769 (zu Juli 20).

Vgl. Murauer, Gerichtsbarkeit, 85f.

Preposito[1)] et capitulo Gurcen(sibus).

Cum a nobis petitur et cetera usque perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, et cetera usque assensu, concambium inter vos ex parte una et bone memorie Romanum, Gurcensem episcopum[2)], et nobilem virum Poponem de Waldeche[3)] ex altera super

---

[b)] *Bosquet:* … procuratore. [c–c)] *Migne:* etc. diffinitionis.

[4)] S. Br. XVI 17 Anm. 1.

71. *Empfängerüberlieferung: (kollationiert mit einem Digitalisat des Originals):*

22: Preposito] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis .. preposito. 22: Gurcen(sibus)] Gurcen(sibus) salutem et apostolicam benedictionem. 23: et cetera usque] quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum. 24: et cetera usque] vestris iustis postulationibus grato concurrentes. 25: Waldeche] Waldethe.

71. [1)] Otto, als Dompropst von Gurk bezeugt 1208–1226. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, I 319, Nr. 421 (Privileg Innocenz' III. für das Domkapitel von Gurk vom 6. Juni 1208; *Potth. Reg.* 3437); 386, Nr. 502; II 228 (Index); Stelzer, *Gelehrtes Recht*, 99, 149, 210. Der Dompropst war im Juni 1213 in Rom. Vgl. *Potth. Reg.* 4762; Hilger, *Verzeichnis*, 36, Nr. 53; Dr.: Hauthaler–Martin, *Salzburger UB*, III 167, Nr. 663.

[2)] Roman, B. von Gurk (Suffr. von Salzburg) 1131–1167. Vgl. Obersteiner, *Bischöfe*, 26–44; Murauer, *Gerichtsbarkeit*, 32–41.

[3)] Wahrscheinlich Poppo (IV.) aus der kärntnerisch-steirischen Adelsfamilie von Albeck (im oberen Gurktal, Bez. Feldkirchen, Kärnten), der sich zunächst nach seinem Sitz Waldeck (bei Glödnitz im

quodam castro et rebus aliis celebratum, prout continetur in auctentico scripto eiusdem episcopi sigilli munimine roborato[4], cuius tenorem de verbo ad verbum presentibus iussimus litteris annotari, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem scripti predicti talis existit:

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ego Romanus, sancte Gurcensis ecclesie humilis episcopus, humane pia facta condiccionis dum in certis casibus rapiantur, nec cum obeuntibus pereant, scriptis digne annotantur. Unde omni evo notum esse cupimus, qualiter fratres nostri, prefate ecclesie canonici, super Popone de Waldeche[a], ministeriali ecclesie, ob dampnosam violentiam, quam ipsis in bonis eorum prefato castro adiacentibus sicut et nobis in nostris intulit, flebilem querimoniam multociens nobis deferentes aliquod
vgl. Io 10, 2–16 pacis suffragium sibi disponi rogaverunt. Nos vero tamquam pastor ovium[b] qualiscumque
vgl. 2Tim 4, 2 dispensator ab incursu tali obsecrando, increpando, arguendo ipsum Poponem mitigavimus, donec tandem conscientia delicti[c] sui compunctus ipsum castrum cum bonis adiacentibus in aliquod[d] placabile concambium se daturum eis asseruit. Hoc audito fratres prefati tali concilio[e] cum illo coram nobis sunt coadunati, ut, quodcumque de commutatione utrorumlibet disponeremus, utraque pars consentiret. Hoc utrumque[f] comfirmato
* fol. 153r predictus * Popo castrum cum decem novalibus necnon et incultis quibusdam infra hos terminos: via, qua itur in Hvlamih[g, 5] et [ultra][h] castrum usque in cacumen montis, ubi adiacet predium Rodolfi de Albekke[6], deinde in vertice montis contra Vlatniz[i] et ex altera parte montis Zobodin[7], qui infra terminos est, usque in vallem, quoniam hiis infeudatus erat ab ecclesia, ut res gesta seriatim procederet, nobis primum resignavit hac conditione, ut ea fratribus nostris contraderemus et executionem promissi eorum illi similiter exigeremus. Quod et factum est. Dederunt enim ei duos mansos apud Meterekke[8], duos in

---

71. [a]) *Bosquet:* Valdethe*; so auch Migne.* [b]) *Bei Baluze und Migne folgt:* et. [c]) dilci *(mit Kürzungsstich);* dilecti *bei Bosquet;* delicti *bei Baluze, Migne und KLA AUR C 1261; s. die Empfängerüberlieferung.* [d]) aliquid; aliquod *bei Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.* [e]) *Bosquet, Migne:* consilio*; s. die Empfängerüberlieferung.* [f]) *Baluze, Migne:* utrinque*; s. die Empfängerüberlieferung.* [g]) *Bosquet, Migne:* Hylamibus; *KLA AUR C 1261:* Ulatniz et ultra*; s. Anm. h und die Empfängerüberlieferung.* [h]) *So Bosquet und Migne; s. Anm. g.* [i]) -t- *über der Zeile nachgetragen; Baluze, Migne:* Tlatniz.

8: Popone de Waldeche] Poppon(e) de Waldethe. 12: Poponem] Popponem. 13: dilci] delicti*; s. Anm. c.* 14: aliquid] aliquod*; s. Anm. d.* 15: concilio] consilio*; s. Anm. e.* 16: utrumque] utrimque*; s. Anm. f.* 17: Popo] Poppo. 18: Hvlamih et] Vlamih et ultra*; s. Anm. g und h.* 19: Rodolfi] Rodulfi. 23: Meterekke] Miterekke.

Gurktal, Bez. St. Veit an der Glan, Kärnten) nannte, bezeugt 1157–1190/1191 (gest.); Bruder des B. von Gurk Dietrich von Albeck, 1179–1194. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, I, Nr. 230, S. 179 (Vorbemerkung); II 150 (Index); IV/2, Stammtafel XI; Pirchegger, *Landesfürst*, 134f.; Obersteiner, *Bischöfe*, 59–64; Stelzer, *Gelehrtes Recht*, 55.

[4]) Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, I 178, Nr. 230, eine Fälschung von ca. 1192–1200, teilweise auf echter Grundlage.

[5]) Flattnitz, Berg und Ort nordwestlich von Gurk. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, II 176 (Index). S. Anm. g.

[6]) Wahrscheinlich Poppos Vater Rudolf (I.) von Albeck, bezeugt 1155/1162–1191, oder sein Großvater Rudolf von Peggau-Albeck, bezeugt 1155/1162–1169. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, II 235 (Index); IV/2, Stammtafel XI.

[7]) Sadin, Berg und Ort nordwestl. von Weitensfeld im Gurktal, Bez. St. Veit an der Glan. Vgl. *ebd.* II 240 (Index).

[8]) Mitteregg bei Deutsch-Griffen nordwestl. von Weitensfeld. Vgl. *ebd.* II 221 (Index). Vgl. die Empfängerüberlieferung.

Grimnaralbe[9], duos in Vrezenvelt[10] et septem marchas, quadraginta modios frumenti, centum urnas brazzii, undecim porcos, ducentos caseos. Preterea fratres predicti conscientiam nostram de institutione pontificalis sedis commonentes rogaverunt, ut iusticiam, quam a prima institutione[11] in nemore Wizpriah[j, 12] per hos terminos: a nemore Moderic[13] usque in locum, quo dividitur ipsum nemus a nemoribus Moceniz[14] et Fuztritz[k, 15] pertinentibus, obtinuerant, scilicet hanc nullum custodem sine consensu eorum ibi fore instituendum vel, si consentirent, custodem quoque suum cum custode episcopi simul iniungendum, et ius foresti eque illis dividendum, successoribus nostris in hac presenti pagina notificaremus et tam ea quam predicta impressione sigilli nostri certificaremus. Huius rei testes sunt: Sanson, Duringus fratres[16], Rodulfus de Duwensperch[l, 17], Ernestus de Pilsta(n)[18], Herma(n)nus de Wolchenburch[19], Engelbertus[20] et filii eius Purchardus[m, 21], Pruno[n, 22],

---

[j]) *Bosquet:* Vvispriach*; so auch Migne.* [k]) *Bosquet, Migne:* Fuziris*; KLA AUR C 1261:* Fuztriz*; s. die Empfängerüberlieferung.* [l]) *Bosquet:* Duuensperch*; Migne:* Dunvunsperch. [m]) *Bosquet, Migne:* Purcardus. [n]) *Bosquet, Migne:* primo.

1: Grimnaralbe] Griuinaralbe. *Vgl. Anm. 9.* 1: Vrezenvelt] Vrezenuelt. 4: Moderic] Moderich. 5: Moceniz] Moteniz. 5: Fuztritz] Fruztriz*; s. Anm. k.* 10: Pilsta(n)] Pilstain. 11: Wolchenburch] Wolchemburch.

[9]) Griffner Alpe oberhalb von Deutsch-Griffen. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, II 187 (Index). Vgl. die Empfängerüberlieferung.

[10]) Fressenfeld, Hof südwestl. von Weitensfeld. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, II 178 (Index).

[11]) Während die auf EB. Gebhard von Salzburg zu 1072 gefälschte Gründungsurkunde des Bistums Gurk keine Ausstattung festlegt, ist das Gebiet in der gefälschten Tauschurkunde zu 1043 zwischen EB. Balduin und der später zur Gründerheiligen stilisierten Gräfin Hemma umschrieben und in der Fälschung des Privilegs König Heinrichs IV. zu 1072 konkretisiert. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, I 54, Nr. 16; 76, Nr. 31; *MGH DD H. IV.* Bd. I, Nr. †252, S. 321 Z. 25–28.

[12]) Weißberg oberhalb von Glödnitz, Bez. St. Veit an der Glan. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, II 253 (Index).

[13]) Mödring, Berg und Ort westl. von Metnitz, Bez. St. Veit an der Glan. Vgl. *ebd.* II 222 (Index).

[14]) Metnitz, Bez. St. Veit an der Glan. Vgl. *ebd.* II 219 (Index). Vgl. die Empfängerüberlieferung.

[15]) Feistritz (ob Grades), Bez. St. Veit an der Glan. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, II 175 (Index).

[16]) Die Freien Samson, zeitweise nach Straßburg im Gurktal (Bez. St. Veit an der Glan) genannt, bezeugt ca. 1140–1173, und sein Bruder During, zeitweise nach Gurk (und Straßburg?) genannt, bezeugt ca. 1140–1170/1171. Vgl. *ebd.* II 169, 242 (Index).

[17]) Rudolf (I. oder II.) von Deinsberg (Bez. St. Veit an der Glan), Salzburger Ministeriale, bezeugt 1121–1167 bzw. 1152–1169. Vgl. Hauthaler–Martin, *Salzburger UB*, III R 82 (Index); Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, II 236 (Index).

[18]) Ernst von Peilenstein (ht. Pilštajn, Slowenien), Gurker Ministeriale, bezeugt 1158–1192. Vgl. *ebd.* II 236 (Index) 174; Kos, *Burg*, 392f.

[19]) Hermann von Wolkenburg (ht. Obla Gorica, Slowenien), Gurker Ministeriale, bezeugt 1161–1163. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, II 207 (Index); Kos, *Burg*, 34, 129; Bele, *Posesti*, 18–23, 37.

[20]) Engelbert von Straßburg, Gurker Ministeriale, bezeugt 1130 (?), 1146/1147–1167. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, II 171f. (Index).

[21]) Burkhard von Straßburg, Sohn Engelberts, Gurker Ministeriale, bezeugt 1147–1177. Vgl. *ebd.* II 152f. (Index); fraglich Bele, *Posesti*, 24f., 37.

[22]) Bruno, Sohn Engelberts von Straßburg, Gurker Ministeriale, bezeugt 1148–1173. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, II 152 (Index).

Hanricus[o, 23)], Engelscus[p, 24)], Nudu(n)gus[25)], Eglolfus[26)], Waltherus[q, 27)], Walfridus[28)] et filius[r)] eius Engelbertus[29)], Purchardus[s)] Franco[30)] et filii eius Marthwardus[31)], Walchunus[t, 32)], Futel[u, 33)] et frater eius Ramhalin[v, 34)], Perhtoldus[w)] Sews[x, 35)], Siboto de Sidinge[y, 36)] et alii quam plures.

Nulli ergo omnino[z)] hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem[z)] et cetera usque incursurum.

Datum Laterani, XV Kal. Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

[o)] *Bosquet, Migne:* Henricus. [p)] -c- *auch als* -t- *lesbar; KLA AUR C 1261: Engelscalcus.* [q)] *Bosquet, Migne:* Walterus*; s. die Empfängerüberlieferung.* [r)] filii; filius *bei Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.* [s)] *Bosquet, Migne:* Purcardus. [t)] *Bosquet, Migne:* Walchinus. [u)] *Oder* Fittel*; Bosquet, Migne:* Firtel*; s. die Empfängerüberlieferung.* [v)] *Bosquet, Migne:* Rainhalin*; s. die Empfängerüberlieferung.* [w)] *Bosquet, Migne:* Pertholdus. [x)] *Bosquet:* Seuus*; Baluze, Migne:* Sevus. [y)] *Baluze, Migne:* Sininge. [z–z)] *Migne:* etc., confirmationis.

1: Waltherus] Walterus*; s. Anm. q.* 1: Walfridus] Waltfridus. 1f.: filii] filius*; s. Anm. r.* 2: Marthwardus] Marchwardus. 3: Futel] Fritel*; s. Anm. u.* 3: Ramhalin] Rainhalm*; s. Anm. v.* 6: et cetera usque] hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit. 7: XV] XII. S. Einleitung S. XXXVf.

[23)] Heinrich, Sohn Engelberts von Straßburg, Gurker Ministeriale, bezeugt 1147–1167. Vgl. *ebd.* II 201–203, 205 (Index).

[24)] Engelschalk, Gurker Ministeriale, bezeugt 1147/1148–1189 (?). Vgl. *ebd.* II 163 (Index); s. auch oben Anm. 20.

[25)] Nudung (von St. Lambert/Pisweg?), Freier oder Gurker Ministeriale, wenn sich die wenigen Belege von 1148–1164 auf dieselbe Person beziehen. Vgl. Jaksch, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, II 212, 223f. (Index).

[26)] Eglolf, Gurker Ministeriale, bezeugt 1147–1177. Vgl. *ebd.* 271f. (Index).

[27)] Walter, Gurker Ministeriale, vielleicht auf Straßburg, bezeugt. 1160–1177. Vgl. *ebd.* 251 (Index).

[28)] Waltfried, wahrscheinlich Gurker Ministeriale, Schwiegersohn Engelberts von Straßburg, bezeugt 1157–1178. Vgl. *ebd.* 252 (Index).

[29)] Engelbert, Sohn Waltfrieds und Enkel Engelberts von Straßburg, Gurker Ministeriale, bezeugt ca. 1160–1187. Vgl. *ebd.* 271f. (Index).

[30)] Burkhard Franco, wahrscheinlich Gurker Ministeriale, bezeugt ca. 1130–1162. Vgl. *ebd.* II 177 (Index).

[31)] Markward, Sohn des Burkhard Franco, wahrscheinlich Gurker Ministeriale, bezeugt 1158–1162 oder 1182. Vgl. *ebd.* II 218 (Index).

[32)] Walchun, Sohn des Burkhard Franco, wahrscheinlich Gurker Ministeriale, bezeugt 1158–1176. Vgl. *ebd.* II 174 (Index).

[33)] Fritel(o) von Metnitz, Gurker Ministeriale, bezeugt 1148–1183. Vgl. *ebd.* II 178 (Index).

[34)] Rainhalm, Gurker Ministeriale, Brider Fritel(o)s von Metnitz, bezeugt 1148–1175. Vgl. *ebd.* II 234 (Index).

[35)] Berthold Swevus, wahrscheinlich Gurker Ministeriale, bezeugt 1161–1172. Vgl. *ebd.* II 147 (Index).

[36)] Der auch als Freier genannte Siboto von „Sidingen", bezeugt 1154–1164 oder 1180 (?). Vgl. *ebd.* II 247 (Index).

72 (69).

Innocenz III. befiehlt dem ehemaligen Bischof K(onrad) von Halberstadt, dem Abt (Florentius) von Sichem und dem Propst (Johannes ?) von Rode, den Kanoniker Bruno von Fritzlar im Besitz der ihm aus päpstlicher Autorität zugesprochenen Pfründe, die ihm unrechtmäßig aberkannt wurde, zu schützen.

Lateran, 1213 Juni 12.

Reg. Vat. 8, fol. 153r ⟨Nr. 69 bzw. 74⟩.

Bosquet 601, Nr. 69 = Baluze II 782, Nr. 69 = Migne, PL, 216, 870, Nr. 69; Krosigk, UB Krosigk, III/2 204, Nr. 59. – Potth. Reg. 4753; Krosigk, UB Krosigk, III/3 249, Nr. 460; Krühne, UB Mansfeld, 404, Nr. 33; Dobenecker, Regesta Thuringiae, II 285, Nr. 1552, 1553.

C(onrado)[a], episcopo quondam Haluerstadensi[1], et abbati de Siche(m)[2] et preposito de Hild(e)burgeroden[3], Haluerstaden(sis) diocesis.

Accedens olim ad presentiam nostram dilectus filius Brun(o), Fridesleriensis canonicus[4], nobis humiliter intimavit, quod, cum in ecclesia Fridesleriensi prebendam, quam auctoritate apostolice sedis fuerat assecutus, per octo annos et amplius pacifice possedisset, venerabilis frater noster Maguntinus archiepiscopus, apostolice sedis legatus[5], ad instantiam R. presbiteri causam, que super dicta prebenda inter eos fuerat auctoritate apostolica iudiciali calculo terminata, G(umperto) preposito[6] et A(deloldo) scolastico[7], Fridesleri-en(sibus)[b], delegavit, a quibus, tum quia ipsos habebat certa ratione suspectos, tum quia causa, ut dictum est, auctoritate apostolice sedis fuerat terminata, nostram duxit audientiam appellandum[8]. Sed idem iudices ipsius exceptionibus et appellatione contemptis[9] dictum R. in prebendam ipsam intrudere[c] presumpserunt. Unde nos ad supplicationem canonici memorati prefato archiepiscopo dedimus in mandatis, ut predicta corrigeret per se ipsum, nichilominus abbati de Valle sancti Georgii[10] et suis coniudicibus per scripta nostra mandantes, ut ipso in mandati nostri executione cessante ipsi amoto a dicta prebenda quolibet illicito detentore prefatum B(runonem) facerent eiusdem pacifica possessione gaudere. Verum sicut idem in nostra proposuit presentia constitutus, dictus archiepiscopus

---

72. [a]) E.; C. *bei Bosquet;* Conrado *bei Baluze und Migne.* [b]) *Bosquet:* Friedelarien.*; so auch Migne.* [c]) *Bosquet:* intendere.

72. [1]) S. Br. XVI 29 Anm. 8.

[2]) S. Br. XVI 29 Anm. 9.

[3]) Wahrscheinlich Johannes, als Propst von Rode (Klosterrode, Hildeburgrode, Prämonstratenserkloster bei Blankenheim, Diöz. Halberstadt, Sachsen-Anhalt) bezeugt 1214. Vgl. Backmund, *Monasticon*, I 296.

[4]) Magister Bruno, als Kanoniker von St. Peter in Fritzlar (Kollegiatstift, Diöz. Mainz, Hessen) bezeugt 1213–ca. 1219. Vgl. Demandt, *Fritzlar*, 10; 389, Nr. 49; Wendehorst–Benz, *Säkularkanonikerstifte*, 70.

[5]) S. Br. XVI 18 Anm. 11.

[6]) Gumpert (von Uttershausen?), als Propst von Fritzlar bezeugt 1210–1235. Vgl. Demandt, *Fritzlar*, 63–72; 379f., Nr. 34; Insley, *Personengruppen*, 124f., 433f., 451.

[7]) Adelold, bezeugt ab 1190, als Kanoniker von Fritzlar ab 1196, als Scholaster 1211–1213, als Dekan 1213–1221. Vgl. *ebd.* 380f., Nr. 35; Insley, *Personengruppen*, 119, 126.

[8]) Wahrscheinlich eine „appellatio extraiudicialis". Vgl. *JL* 12020 (Alexander III.) = Comp. I 2. 20. 5 = X 2. 28. 5 (Friedberg, *CorpIC*, II 411); Nörr, *Baustein*, bes. 469f.; ders., *Prozessrecht*, 65f.

[9]) S. Br. XVI 1 Anm. 17.

[10]) Vielleicht Godefred, als Abt von Georgenthal (Zist.-Abtei, Diöz. Mainz, Thüringen) bezeugt 1209. Sein Nachfolger Hermann ist 1219 bezeugt. Vgl. Unbehaun, *Georgenthal*, 796.

non solum predicta iuxta mandatum nostrum corrigere non curavit, quinimo, cum dictus R. carnis debitum exolvisset, idem archiepiscopus ecclesie prefate capitulo suis dedit litteris in mandatis, ut Henr(icum)[d], clericum suum[11], ad prebendam reciperet sepedictam, propter quod iamdictus canonicus coactus est rursus ad nostram presenciam laborare.

Nos igitur laboribus compatientes eiusdem irritum prorsus decernimus et inane, si[c] quid de prebenda ipsa in preiudicium suum extitit post mandatum huiusmodi attemptatum, per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatenus eundem B(runonem) faciatis auctoritate nostra prebendam ipsam pacifice possidere, fructus quoque medio tempore perceptos ex ipsa ei, sicut iustum fuerit, per censuram ecclesiasticam restitui faciatis. Contradictores, si qui fuerint, per censuram eandem sublato appellationis obstaculo[f] compescentes.

Quodsi non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum nichilominus exequantur.

Datum Laterani, II Idus Iunii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

73 (70).

Innocenz III. trägt dem Abt (Siegfried) von Pegau und dem Dompropst (Otto) von Magdeburg auf, den suspendierten und exkommunizierten Bischof (Hartbert) von Hildesheim, der dem exkommunizierten Otto (IV.) anhängt, gegen den Landgrafen (Hermann) von Thüringen und den Grafen Albrecht von Everstein Krieg führt und weder selbst vor dem Papst erschienen ist noch einen Boten gesandt hat, nach Feststellung der Tatsachen abzusetzen und für die Wahl eines geeigneten Bischofs zu sorgen.

Lateran, 1213 Juni 8.

Reg. Vat. 8, fol. 153[r] ⟨*Nr.* 70 *bzw.* 75⟩.

Bosquet 602, Nr. 70 = Baluze II 783, Nr. 70 = Migne, PL, 216, 871, Nr. 70; Janicke, UB Hildesheim, I 635, Nr. 665; Posse, Urkunden der Markgrafen von Meissen, I/3 137, Nr. 178 (teilweise). – Potth. Reg. 4748; Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 197, Nr. 439; BFW 6148; Dobenecker, Regesta Thuringiae, II 285, Nr. 1551.

Abbati de Pigauia[a, 1], Mersburgensis diocesis, et preposito Magdeburgensi[2].

Si utile ac sincerum membrum ecclesie dictus[b] Hildesemensis episcopus[3] extitisset et voluisset prudenter advertere, quod precisus ab arbore ramus beneficium radicis amittit[c],

---

[d]) *Bosquet:* Henricus. [c]) s- *korr. aus einem anderen Buchstaben.* [f]) -b- *über der Zeile nachgetragen und mit Verweiszeichen eingefügt.*

[11]) Vielleicht Heinrich (von Röhrenfurth?), als erzbischöflicher Notar und Kanoniker von Fritzlar bezeugt 1213–1219. Vgl. Demandt, *Fritzlar*, 389, Nr. 50; s. auch Insley, *Personengruppen*, 103 mit Anm. 84, 106, 119, 425, mit Notarsbelegen zum Namen Heinrich 1209–1224.

73. [a]) *Bosquet:* Pignauia*; Baluze:* Pigvavia*; Migne:* Piguavia. [b]) *Bei Baluze und Migne davor ein Gemipunctus.* [c]) admittit; amittit *bei Bosquet und Migne.*

73. [1]) Siegfried von Röcken, Abt von Pegau (Ben.-Abtei, Diöz. Merseburg, Lkr. Leipzig, Sachsen) 1185–1223. Vgl. Vogtherr–Ludwig, *Äbtereihe*, 7f.; Vogtherr, *Pegau*, 1217.

[2]) Otto, Sohn Diepolds (III.) von Časlav (Tschaslau) und Neffe Herzog Heinrichs I. des Bärtigen von Schlesien, wurde 1207 von Innocenz III. zum päpstlichen Subdiakon geweiht und mit der Dom-

non solum in devium excommunicati et reprobi non declinasset Octonis[d, 4)], sed adhuc in unitate ac devotione fideliter ecclesie Romane persisteret, que disponente Domino mater est omnium fidelium et magistra[5)]. Verum cum adversus eandem calcaneum presumptuosus erexerit non intelligens, quod bestia, si montem tetigerit, lapidabitur et durum vgl. Hbr 12, 20
est contra stimulum calcitrare, nec se membrum[e)] per opera exhibet nec[f)] discipulum vgl. Act 26, 14
recognoscit et quidem, si vitium ingratitudinis in eo beneficiorum nostrorum non abolevisset memoriam, licet timorem amiserit, forte reverentiam conservasset, sed utrumque, sicut perpendimus, amisisse dinoscitur, cum nec timoris indicia[g)] nec alicuius devotionis scintilla remansisse videatur in ipso. Pro sua enim rebellione ac inobedientia, sicut accepimus, primo suspensus ac deinde vinculo excommunicationis astrictus contra nobiles viros lantcravium Turingie[6)] et Albertum, comitem de Heuesten[7)], devotos et fideles ecclesie, per suos cum exercitu, acsi hoc deceret episcopum, insurrexit et non sine ridiculo, qui de pastoribus habebatur, lupum inducebat in oves, quas Petri concludebat ovile, dum eo impugnante per suos pro excommunicato predicto terras nobilium prefatorum multi fuerint interempti pro ecclesie libertate, quam ancillare assistendo tirampno talis episcopus nitebatur. Et quasi hec non suffecissent ad iniuriam et offensam, non sine contemptu sedis apostolice ad curiam Ottonis accessit in iudiciis et aliis episcopus excommunicato communicans[8)], quem laicorum[h)] pars potior evitabat. Ut autem Romanam ecclesiam factus hostis agnoscat, quam sprevit, qui videbatur amicus, et culpam in penis intelligat, qui beneficia non agnovit, cum etiam tanto tempore non sine gratia expectatus pro tantis excessibus nec unum curaverit nuntium ad sedem apostolicam destinare, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus inquisita plenius veritate, si vobis constiterit de premissis aut aliis, que ad eius amotionem sufficiant, auctoritate nostra ipsum a regimine Hildesemensis ecclesie perpetuo amoventes faciatis eidem ecclesie[i)] de persona idonea et ecclesie Romane plene devota sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo

---

[d)] *Bosquet, Migne:* Ottonis. [e)] *Bosquet, Migne:* magistrum. [f)] ne; nec *bei Bosquet und Migne.* [g)] iudicia; indicia *bei Bosquet und Migne.* [h)] *Darnach* pas- *durchgestrichen.* [i)] eccl(es)ia; ecclesie *bei Bosquet und Migne.*

propstei von Magdeburg providiert, konnte sich aber erst 1212 gegen den von anderen Domkanonikern zum Dompropst gewählten Walter durchsetzen; als Dompropst bezeugt bis 1225, gest. 1226. Vgl. Br. IX 212 (214), 213 (215); XIII 49; XIV 31; Wentz–Schwineköper, *Erzbistum Magdeburg*, I 314; Zakrzewski, *Piast czy Przemyślida*; Zientara, *Heinrich der Bärtige*, 161, 231f.

[3)] Hartbert von Dahlum, B. von Hildesheim (Suffr. von Mainz) 1199–1216. Vgl. Goetting, *Bischöfe*, 477–509, bes. 497f.; Hucker, *Otto IV.*, 439, Nr. 83. Zum Feldzug Ottos IV. in Thüringen 1212 vgl. Winkelmann, *Philipp von Schwaben*, II 306–309; Wiegand, *Lantgrâve*, 46.

[4)] S. Br. XVI 24 Anm. 7.

[5)] S. Br. XVI 2 Anm. 5.

[6)] Hermann I., Landgraf von Thüringen 1190–1217. Vgl. *NDB* 8 (1969) 642f.; Wiegand, *Lantgrâve*; Friedl, *Pragmatismus*, 216–218.

[7)] Graf Albrecht (III.) von Everstein (bei Holzminden an der Weser, Niedersachsen), Parteigänger Philipps von Schwaben in dessen letzten Jahren und dann Friedrichs II., gest. (vor) 1217. Vgl. Meyer, *Genealogie*, 144–146; Winkelmann, *Philipp von Schwaben*, II 279, Anm. 1; Schütte, *Philipp*, 228; Wiegand, *Lantgrâve*, 22, 44f.

[8)] S. *Decretum Gratiani* C. 11 q. 3 c. 3, c. 7, c. 16, c. 17, c. 18, c. 19, c. 20, p. c. 24 § 1, c. 25, c. 26 III. pars, c. 28, c. 38, c. 102 (Friedberg, *CorpIC*, I 642, 644, 647f., 651f., 654, 672). Ferner *JL* 13742 (Alexander III.) = Comp. I 5. 34. 14 = X 5. 39. 9 (Friedberg, *CorpIC*, II 891f.), *JL* 13744 (Alexander III.) = Comp. I 3. 33. 27 = X 3. 38. 21 (Friedberg, *CorpIC*, II 616), *JL* 13872 (Alexander III.) = Comp. I 4. 1. 8 = X 4. 1. 9 (Friedberg, *CorpIC*, II 664), *JL* 14313 (Alexander III). = Comp. I 2. 20. 15 = X 2. 28. 13 (Friedberg, *CorpIC*, II 414).

per electionem canonicam provideri; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes.

Tu denique, fili abbas, super te ipso et cetera.

Datum Laterani, VI Idus Iunii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

74 (71).

Innocenz III. trägt dem Abt (Siegfried) von Pegau und dem Dompropst (Otto) von Magdeburg auf, den suspendierten und exkommunizierten Bischof (Friedrich) von Halberstadt, der dem exkommunizierten Otto (IV.) anhängt, als Exkommunizierter Messen gefeiert hat, mit Otto gegen den Landgrafen (Hermann) von Thüringen Krieg führt und weder selbst vor dem Papst erschienen ist noch einen Boten gesandt hat, nach Feststellung der Tatsachen abzusetzen und für die Wahl eines geeigneten Bischofs zu sorgen.

Lateran, 1213 Juni 7.

Reg. Vat. 8, fol. 153^{r}–153^{v} ⟨Nr. 71⟩.

Bosquet 603, Nr. 71 = Baluze II 783, Nr. 71 = Migne, PL, 216, 872, Nr. 71; Posse, Urkunden der Markgrafen von Meissen, I/3 136, Nr. 177 (teilweise). – Potth. Reg. 4747; Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 196, Nr. 438; BFW 6147; Dobenecker, Regesta Thuringiae, II 285, Nr. 1550.

Eisdem iudicibus[a, 1)] ut supra[a)].

* fol. 153^{v} * [S]i[b)] utile ac sincerum membrum ecclesie dictus[c)] Halberstadensis[d, 2)] episcopus extitisset et cetera ut supra in e(odem) m(odo) [usque][e)] scintilla[f)] remansisse videatur[g)] in ipso. Pro sua enim inobedientia et rebellione, sicut accepimus, primo suspensus ac deinde vinculo excommunicationis astrictus publice divina presumpsit officia celebrare oleum sacrum et crisma conficiens aliaque sacramenta ecclesie temerarius aministrans. Et quasi hec non suffecissent ad iniuriam et offensam, non sine contemptu sedis apostolice ad curiam Octonis[h, 3)] accessit in iudiciis et aliis episcopus excommunicato communicans, quem laicorum pars potior[i)] evitabat. Cum eodem etiam Octone[j)] contra nobilem virum lantcravium Turinigie[4)], devotum et fidelem ecclesie, intrepidus cum exercitu, acsi hoc deceret episcopum, insurrexit[k)] et non sine ridiculo, qui de pastoribus habebatur, lupum inducebat in oves, quas Petri concludebat ovile, dum eo impugnante cum excommunicato predicto castrum, quod Wrcen(se)[l, 5)] vocatur, et terram nobilis memorati multi fuerint

---

74. [a–a)] *Fehlt bei Baluze und Migne.* [b)] *Initiale und Vorzeichnung fehlen.* [c)] *Bosquet:* … dictus. [d)] *Bosquet:* Halberstaten.*; so auch Migne.* [e)] *So Bosquet und Migne.* [f)] *Br. XVI 73 (70) S. 163 Z. 9.* [g)] videbatur; videatur *bei Bosquet und Migne. S. auch Br. 73 (70) S. 163 Z. 9.* [h)] *Bosquet:* Otton.*; so auch Migne.* [i)] potiori. [j)] *Bosquet:* Otton.*; so auch Migne.* [k)] *Der erste Schaft des* -n- *korr. aus* -i-. [l)] *Über* -n *ein Kürzungsstrich.*

74. [1)] S. Br. XVI 73 (70) Anm. 1 und 2.

[2)] Friedrich von Kirchberg, B. von Halberstadt (Suffr. von Mainz) 1209/1210–1236. Vgl. Meier, *Domkapitel*, 288; Gatz–Brodkorb, *Bischöfe*, 220; Zöllner, *Verhältnis*, 481f.: Wiegand, *Lantgrâve*, 46,

[3)] S. Br. XVI 24 Anm. 7.

[4)] S. Br. XVI 73 (70) Anm. 6.

[5)] Wahrscheinlich das von Otto IV. belagerte Weißensee in Thüringen und nicht Wurzen, Lkr. Leipzig, Sachsen. Vgl. Dobenecker, *Regesta Thuringiae*, II 285, Nr. 1550, Anm. 1; Winkelmann, *Philipp von Schwaben*, II 306–309; Hucker, *Otto IV.*, 301f.

interempti pro ecclesie libertate, quam ancillare assistendo tirampno talis episcopus nitebatur. Ut autem Romanam ecclesiam factus hostis agnoscat et cetera ut supra usque in finem.

Datum Laterani, VII Idus Iunii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

75 (72).

Innocenz III. urteilt im Rechtsstreit zwischen dem Propst (Wilhelm) und Kapitel von Brioude und dem Bischof (Robert) von Clermont, dass hinsichtlich der Kirchen von Brioude und Saint-Ferréol, deren Ersitzung das Kloster beweisen konnte, der Anspruch des Bischofs abzuweisen ist, dass ihm die anderen genannten Kirchen jedoch unterstellt bleiben.

Lateran, 1213 Juni 19.

Reg. Vat. 8, fol. 153ᵛ ⟨Nr. 72 bzw. 76⟩.

Empfängerüberlieferung: (verschollenes) Original: Dr.: Chaix de Lavarène, Monumenta sub Innocentio III, 107, Nr. 38 (teilweise); (verschollenes) Original des a pari-Briefes an den B. von Clermont: aus den Archives départementales du Puy-de-Dôme: Dr.: Chaix de Lavarène, Monumenta sub Innocentio III, 106, Nr. 37. Bosquet 604, Nr. 72 = Baluze II 783, Nr. 72 = Migne, PL, 216, 873, Nr. 72. – Potth. Reg. 4764; Bréquigny, Table chronologique, IV 562.

Preposito[1] **et capitulo Briuaten(sibus).**

Cum olim causam, que inter vos ex parte una et venerabilem fratrem nostrum .. Claromontensem episcopum[2] ex altera super ecclesiis[a] ville Briuatensis[3] et sancti Fereoli[4] et sancti Germani[5] et de Baiassa[6] et de Brassac[7] et de Paulac[8] et de Bellomonte[9], quas

---

75. [a]) *Darnach – irrtümlich vorwegnehmend –* ville Bri *(ohne i-Punkt, und erster Schaft des -u)* Briuaten(sis).

75. *Empfängerüberlieferung (kollationiert mit den Drucken des Briefes und des a pari-Briefes bei Chaix de Lavarène):*

16: Preposito – Briuaten(sibus)] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, preposito et capitulo Brivatensi [salutem] et apostolicam benedictionem.

75. [1]) Wilhelm von Auvergne, Sohn des Grafen Wilhelm (VIII.), Onkel des B. Robert von Clermont, Domkanoniker, Dompropst von Clermont 1190–1219, Propst von Saint-Julien in Brioude (Kollegiatstift, Diöz. Clermont, Dép. Haute-Loire) 1161/1190–1219. Vgl. Cubizolles, *Chapitre*, 530; Hours, *Fasti XXI: Clermont*, 205.

[2]) Robert von la Tour-d'Auvergne, B. von Clermont (Suffr. von Bourges) 1195–1227, EB. von Lyon 1227–1234. Vgl. Galland, *Archevêchés*, 115–118 und ad indicem; Hours, *Fasti XXI: Clermont*, 113–116, 307.

[3]) Zu den Kirchen in Brioude vgl. Chassaing–Jacotin, *Haute-Loire*, 44.

[4]) Saint-Ferréol, Comm. Brioude. Vgl. Chassaing–Jacotin, *Haute-Loire*, 251.

[5]) Wohl Saint-Germain-Laprade, Cant., Arr. Le Puy-en-Velay, Dép. Haute-Loire. Vgl. *ebd.* 252. Oder Saint-Germain-Lembron, s. Br. 76 (73) Anm. 6.

[6]) La Bajasse, Comm. Vielle Brioude, Cant., Arr. Brioude; Priorat, Leprosorium. Vgl. Chassaing–Jacotin, *Haute-Loire*, 15; Chassaing, *Spicilegium Brivatense*, XII.

[7]) Brassac, Comm. Saint-Germain-Laprade. Vgl. Chassaing–Jacotin, *Haute-Loire*, 42.

[8]) Paulhac, Cant. Brioude. Vgl. *ebd*. 203f.

[9]) Beaumont, Comm. Brioude. Vgl. *ebd*. 22.

idem ad se diocesana lege spectare dicebat[10)] et vos ea legittime prescripsisse[11)], Casedei[12)], Belleaque[13)] ac Noue(m)fontiu(m)[14)] abbatibus sub certa forma duxerimus committendam, iudices ipsi receptis testibus et attestationibus publicatis causam ipsam sufficienter instructam ad nostram audientiam remiserunt. Nos igitur auditis et intellectis, que a vestris et partis alterius procuratoribus fuere proposita coram nobis, quia super ecclesiis ville Briuacensis et sancti Ferreoli et de prescriptione legittima[15)] docuistis, vos quoad illas ab impetitione ipsius duximus sententialiter absolvendos eidem episcopo super illis perpetuum silentium imponentes. In ecclesiis autem sancti Germani, de Baiassa, de Brassac et de Paulac et de Bellomonte, quia in probatione prescriptionis canonice defecistis, cum intentio partis alterius sit eo ipso de communi iure fundata, quod eedem ecclesie infra limites Claromontensis diocesis concluduntur, super illis ius episcopale adiudicavimus episcopo memorato, vobis in eis quoad ius episcopale perpetuum silentium imponentes[16)].

82. [a)] *Die Initiale in blasser, rötlicher Tinte auf Rasur. Vgl. Br. XVI 84 (81) Anm. a. Längs des gesamten Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [b)] *Bosquet, Migne:* eligere*; s. aber Br. XVI 83 (80) S. 181 Z. 5.* [c)] *Bosquet, Migne:* actiones. [d)] *Am Rande ein schräger Strich.* [e–e)] *Migne:* signum. [f)] n(ostrum); N. (*für* N[icolaum]) *bei Bosquet.* [g)] re- *auf Rasur.* [h)] *So Bosquet und Migne.* [i)] *So Bosquet und Migne.*

82. [1)] S. Br. XVI 41 Anm. 15.
[2)] Vgl. Petrus Lombardus, Sentenzen, I, 46, 4, Nr. 1 (I 317).
[3)] S. Br. XVI 81 (78) Anm. 3.
[4)] Br. XVI 80 (77).
[5)] Nikolaus, (K.-)B. von Tusculum 1204–1218/1219. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 147–150; ders., *Kardinalskollegium*, 150f., Nr. 11. Zur Legation vgl. auch Tillmann, *Legaten*, 98–107.

vgl. Ier 1, 10 et plantet, que secundum Deum evellenda et destruenda necnon edificanda cognoverit et plantanda, concessa sibi plenaria potestate, ut absque contradictione cuiuslibet universa, que pertinent ad legationis officium, efficaciter exequatur. Nos enim sententias, quas rite protulerit[j] in rebelles, ratas haberi precipimus et inviolabiliter observari.

Datum Laterani, II Non. Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

83 (80).

Innocenz III. verkündet dem Erzbischof (Stephan von Canterbury), den Bischöfen und den Prälaten Englands die Annahme der päpstlichen Friedensbedingungen durch den König (Johann) von England, kündigt die Ankunft des päpstlichen Legaten (Kardinal-)Bischof (Nikolaus) von Tusculum an, den sie angemessen empfangen und dessen Mahnungen und Aufträgen sie Folge leisten sollen, und befiehlt die Einhaltung künftiger Urteile des Legaten gegen Rebellen.

Lateran, 1213 Juli 5.

Reg. Vat. 8, fol. 155^{r} ⟨Nr. 80 *bzw.* 84⟩.

Bosquet 611, Nr. 80 = Baluze II 787, Nr. 80 = Migne, PL, 216, 882, Nr. 80. – Potth. Reg. 4774; Cheney, Calendar 923.

Archiepiscopo[1] et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis per Angliam constitutis.

vgl. Phil 4, 4 vgl. Eph 6, 10 **G**audere[a] debetis nobiscum in Domino et in virtutis eius potentia gloriari, quod post noctis tenebras et[b] adversitatum angustias dies serenus illuxit et optata cepit prosperitas arridere. Vere quidem nunc scimus, quod, etsi quatiatur interdum Petri navicula, numquam[c] tamen submergitur, quoniam invalescentibus fluctibus procellarum et iam pene naufraugio imminente iustorum meritis Christus ad auxilium excitatur, qui paulo ante vgl. Mt 8, 23–26; Mc 4, 37–39; Lc 8, 22–24 propter quorundam dormiebat offensas. Inter[d] alia siquidem, in quibus de plenitudine[e] vgl. Ps 85, 17 gratie ac misericordie ubertate fecit nobiscum signum in bonum, is, qui non vult mortem vgl. Ez 33, 11 peccatoris, sed ut convertatur et vivat, illustri regi Anglie[2] inspiravit, ut sufficienter ecclesie satisfaciat de dampnis et iniuriis irrogatis, formam enim pacis[3] a nobis cum multa deliberatione provisam cum magna devotione recepit et ad eam executioni mandandam legatum a latere nostro petiit destinari. Unde nos venerabilem fratrem nostrum episcopum Tusculanum, apostolice sedis legatum[4], quasi pacis et salutis angelum destinamus, virum utique gratum Deo et acceptum hominibus, quem inter alios fratres nostros merito sue vgl. Nm 21, 22 religionis et honestatis speciali diligimus caritate, pro certo credentes sic eum via regia incessurum, quod non declinabit ad dexteram vel sinistram, eique, de quo plenam fiduciam vgl. Nm 20, 17; Dt 2, 27; 5, 32; 17, 11; Is 30, 21

---

[j]) *Bosquet:* pertulerit.

83. [a]) *Am Rande zwei kurze schräge Striche.* [b]) *Fehlt bei Migne.* [c]) *Darnach* subm- *durchgestrichen.* [d]) *Davor ein Paragraphenzeichen.* [e]) *Am Rande drei Punkte über einem senkrechten, leicht gebogenen Strich und:* exhorta(ti)o q(uod) in Anglia r(e)cipiat(ur) legat(us).

83. [1]) S. Br. XVI 30 Anm. 71.
[2]) S. Br. XVI 41 Anm. 15.
[3]) S. Br. XVI 81 (78) Anm. 3.
[4]) S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.

obtinemus, commisimus vices nostras, ut iuxta verbum propheticum evellat et destruat, [edificet et plantet,][f] que secundum Deum evellenda et destruenda necnon edificanda viderit et plantanda, plenaria[g] sibi potestate concessa, ut absque contradictione cuiuslibet ea, que pertinent ad legationis officium, exequatur. Laudem igitur dicite Domino Deo nostro, qui bona de malis eliciens fecit[5], cum temptatione proventum et cum humilitate suscipite prospera, qui cum fortitudine sustinuistis adversa, predictumque legatum recipiatis [benigne][h] ac honeste tractetis, quia, cum nos recipiamur in ipso, in misso notabimus devotionis affectum, quem geritis admittentem. Ipsius ergo monitis et mandatis humiliter intendentes tales vos erga eum exhibere curetis, quod non solum eidem, sed etiam nobis esse possit acceptum, scientes, quod, cum ei plene legationis officium commiserimus, sententias, quas rite protulerit in rebelles, ratas haberi precipimus et inviolabiliter observari. vgl. Ier 1, 10

Datum Laterani, III Non. Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

84 (81).

Innocenz III. kündigt dem Erzbischof (Stephan von Canterbury) und dessen Mitbischöfen die Ankunft des päpstlichen Legaten (Kardinal-)Bischof (Nikolaus) von Tusculum an und befiehlt ihnen, diesen zu unterstützen und dessen Mahnungen und Aufträgen Folge zu leisten, und befiehlt die Einhaltung künftiger Urteile des Legaten gegen Rebellen.

Lateran, 1213 Juli 6.

Reg. Vat. 8, fol. 155^{r} ⟨*Nr.* 81 *bzw.* 85⟩.

Bosquet 612, Nr. 81 = Baluze II 788, Nr. 81 = Migne, PL, 216, 883, Nr. 81; Cheney–Semple, Selected Letters, 152, Nr. 54. – Potth. Reg. 4777; Cheney, Calendar, 926.

Cantuariensi archiepiscopo, sancte Romane ecclesie cardinali[1], et coepiscopis suis[2].

[E]i[a], qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, devotas referimus[b] gratiarum[b] acciones, quia[c] ipse I(ohanni), regi Anglie[3], misericorditer inspiravit, ut formam pacis[4] a nobis cum multa deliberacione dispositam devote reciperet, sicut per[d] suas nobis litteras intimavit, humiliter postulans ad eam execucioni mandandam idoneum a latere nostro destinari legatum. Ut autem in missi persona mittentis cognoscatis affectum, ecce nos memores verbi nostri mittimus quasi angelum salutis et pacis virum Deo gratum et acceptum hominibus, videlicet venerabilem fratrem nostrum Tusculanum[e] episcopum, vgl. Ez 33, 11

---

[f]) *So Bosquet und Migne.* [g]) *Am Rande ein schräger Strich.* [h]) *So Bosquet und Migne.*

[5]) S. Br. XVI 82 (79) Anm. 2.

84. [a]) *Initiale fehlt. Am Rande von späterer Hand:* Illi. *Vgl. Br. XVI 82 (79) Anm. a.* [b–b]) *Bosquet, Migne:* gratiarum referimus. [c]) *Bosquet, Migne:* quod. [d]) *Am Rande drei Punkte über einem senkrechten Strich und:* de eod(em) legato. [e]) *Bosquet:* … Tusculan.

84. [1]) S. Br. XVI 30 Anm. 71.
[2]) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 8–12.
[3]) S. Br. XVI 41 Anm. 15.
[4]) S. Br. XVI 81 (78) Anm. 3.

apostolice sedis legatum[5)], quem inter fratres nostros merito sue religionis et honestatis speciali diligimus caritate, pro certo credentes, quod ipse via regia sic incedet, quod non declinabit ad dexteram vel sinistram. Cum igitur bonum pacis tam regno quam sacerdotio sit bonum[f)] maximeque[f)] necessarium, fraternitatem vestram rogandam duximus et monendam per apostolica vobis scripta precipiendo[g)] mandantes, quatenus ad illud efficaciter promovendum exhibeatis vos promptos per omnia et paratos nichil ingerentes difficultatis aut more, propter quod huiusmodi bonum impediri valeat vel differri. Nos enim ad iusticiam et libertatem ecclesiasticam conservandam prompto semper et pio animo intendemus, ut, qui pugnam exercuere legittimam, palmam consequantur optatam. Vos ergo prefati[h)] legati monitis et mandatis humiliter intendentes tales vos erga eum exhibere curetis, quod ipse ad vestrum commodum et honorem merito debeat aspirare, scientes, quod, cum ei plene legacionis officium commiserimus, sententias, quas rite tulerit[i)] in rebelles, ratas haberi precipimus et inviolabiliter observari.

vgl. Nm 21, 22
vgl. Nm 20, 17; Dt 2, 27; 5, 32; 17, 11; Is 30, 21

Vos denique, fratres archiepiscope et episcopi, et cetera.

Datum Laterani, II Non. Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

85 (82).

Innocenz III. trägt den Grafen, Baronen und anderen Großen Englands auf, den päpstlichen Legaten (Kardinal-)Bischof (Nikolaus) von Tusculum angemessen zu empfangen, dessen Mahnungen und Aufträgen Folge zu leisten und, nach Absolution des Königs durch den Legaten, ihn zum Wohl des Königreichs treu zu unterstützen.

Lateran, 1213 Juli 6.

Reg. Vat. 8, fol. 155r–155v ⟨Nr. 82 bzw. 86⟩.

Bosquet 613, Nr. 82 = Baluze II 788, Nr. 82 = Migne, PL, 216, 884, Nr. 82; Cheney–Semple, Selected Letters, 154, Nr. 55. – Potth. Reg. 4778; Cheney, Calendar, 927.

Comitibus, baronibus aliisque magnatibus per Angliam constitutis.

Quanto specialius regnum Anglie ad Romanam ecclesiam dinoscitur pertinere, tanto ferventius aspiramus, ut per nostre sollicitudinis studium grata prosperitate letetur. Cum igitur ad reconciliationem regis[1)] ac regni venerabilem fratrem nostrum[a)] Tusculanum episcopum, apostolice sedis legatum[b, 2)], quasi pacis et salutis angelum destinemus, virum utique gratum Deo et acceptum hominibus, quem inter alios fratres nostros merito sue religionis et honestatis speciali diligimus caritate, universitatem vestram rogandam duximus

f–f) *Bosquet, Migne:* maxime. g) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* h) *Bosquet, Migne:* praedicti. i) *Bosquet, Migne:* protulerit.

5) S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.

85. a) *Darnach* ap(osto)lice *durchgestrichen.* b) *Am Rande drei Punkte über einem senkrechten, leicht gebogenen Strich.*

85. 1) S. Br. XVI 41 Anm. 15.
2) S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.

et monendam per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eum recipiatis benigne ac honeste tractetis ipsius monitis et mandatis humiliter intendentes, ut bonum pacis tam regno quam sacerdotio maxime necessarium feliciter consumetur; scientes, quod, cum per eum illustris rex vester iuxta mandatum nostrum fuerit absolutus[c)], omnimodam ei gratiam et plenum intendimus exhibere favorem. Unde volumus et mandamus, ut vos ei fidelitatem devotam et fidelem devotionem exhibere curetis ad defensionem et exaltationem ipsius regni prudenter et patenter assistentes eidem.

* Datum Laterani, II Non. Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo. * fol. 155v

86 (83).

Innocenz III. mahnt den König (Philipp II. August) von Frankreich, den Mahnungen und Ratschlägen des nach England gesandten päpstlichen Legaten (Kardinal-)Bischof (Nikolaus) von Tusculum zur Wiederherstellung des Friedens zwischen ihm und dem König (Johann) von England Folge zu leisten.

Lateran, 1213 Juli 5.

Reg. Vat. 8, fol. 155v ⟨Nr. 83 bzw. 87[a)]⟩.

Bosquet 613, Nr. 83 = Baluze II 789, Nr. 83 = Migne, PL, 216, 884, Nr. 83. – Potth. Reg. 4775; Bréquigny, Table chronologique, IV 563; Balladore Pallieri–Vismara, Acta pontificia, 400, Nr. 130; Cheney, Calendar, 924.

Illustri regi Francie[b, 1)].

Cum[c)] pro reconciliacione[d)] regis[2)] ac regni venerabilem fratrem nostrum episcopum Tusculanum[3)], virum Deo gratum et acceptum hominibus, quem inter alios fratres nostros merito sue religionis et honestatis speciali diligimus caritate, in Angliam destinemus et expedire credamus, quod inter te ac regem Anglie[e)] pacis federa reformentur, serenitatem tuam rogandam duximus et monendam, quatenus super hoc intendas humiliter monitis et consiliis eiusdem legati, ut preces et monitiones[f)] apostolicas, sicut hactenus fecisse dinosceris, nunc etiam admittere comproberis ita, quod devotio tua semper ad sedem apostolicam devotior approbetur.

Datum Laterani, III Non. Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

[c)] *Am Rande ein schräger Strich.*

86. [a)] *Korr. aus* 86. [b)] *Baluze, Migne:* Francorum. [c)] *Am Rande drei Punkte über einem senkrechten, leicht gebogenen Strich.* [d)] reconciacio(n)e, *das zweite* -c- *korr. zu* -l-. [e)] *Am Rande ein schräger Strich.* [f)] -ni- *teilweise auf Rasur.*

86. [1)] S. Br. XVI 22 Anm. 8.
[2)] S. Br. XVI 41 Anm. 15.
[3)] S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.

87 (84).

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Peter) von Sens auf, den Juden N., der sich mit seiner Familie nach einem Hostienwunder bekehrt und in Rom die Taufe empfangen hat, mit den Gütern auszustatten, die zum Lebensunterhalt für ihn und seine Familie nötig sind, und das Wunder zu untersuchen und ihm darüber zu berichten.

Lateran, 1213 Juni 8.

Reg. Vat. 8, fol. 155^{v} ⟨Nr. 84 *bzw.* 88 *(korr.?)⟩.*

Bosquet 614, Nr. 84 = Baluze II 789, Nr. 84 = Migne, PL, 216, 885, Nr. 84; Grayzel, The Church and the Jews, 136, Nr. 29; Simonsohn, The Apostolic See and the Jews, I 98, Nr. 93. – Potth. Reg. 4749; Bréquigny, Table chronologique, IV 562.

Vgl. Rubin, Gentile Tales, 31f.

Archiepiscopo Senonensi[1)]**.**

Operante[a)] illo, qui semper suam fecundat ecclesiam nova prole[2)], dilectum filium N. latorem presentium, qui ad nos de partibus tuis Iudeus accesserat, ad te remittimus Christianum, cuius conversationis modum et ordinem, quia delectat Dei magnalia enarrare, presenti pagine, secundum quod accepimus ab eodem, duximus inserendum. Nuper igitur in domo patris eiusdem habitabat quedam mulier Christiana, que a catholica fide adeo facta fuit Iudeis seducentibus aliena, ut constanter assereret erroris Iudaici tenebris obvoluta, quod Christus sibi nec prodesse poterat nec obesse, ac tantum valere panem de cuiuslibet mensa sumptum quantum Christianorum hostia, que sumitur in altari. Hec penam incurrere metuens, si fidem Christi publice abnegaret, in festo resurrectionis Dominice tunc instantis[b)] ad ecclesiam cum Christianis accessit et acceptam heucaristiam ac reservatam in ore in manu patris predicti N., qui tunc Ysaac vocabatur, proiciens in hec verba prorupit: ‹‹Ecce salvator meus, ut asserunt Christiani!››. Qui cum in quadam pixide vacua, quam habebat in archa, reponere vellet illam, idem quodam ad hostium suum [interim][c)] vocante formidans, ne inveniretur casu fortuito apud ipsum, in alia pixide, in qua erant septem libre Parisienses[3)], ipsa nescienter pre festinatione reposita pulsanti hostium reseravit, et[d)] cum expeditus ab eo rediisset ad arcam et in pixide vacua, in qua se dictam hostiam posuisse credebat, non inveniret eandem, inspecta reliqua, in qua pecuniam posuerat antedictam, eam non utique denariis sed hostiis plenam[e)] vidit[e)]. Amicos igitur stupefactus et trepidus convocavit et eis revelans per ordinem supradicta cepit in eorum presentia hostias vertere cum festuca, ut illam, quam viderat aliquantulum humefactam[f)], cum tradita sibi fuit, ab aliis segregaret sperans denarios ad naturam redire propriam hac amota. Quo eam discernere ab aliis non valente circumstantes magnitudinem divini mira-

---

87. [a)] *Am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich und auf Höhe des ersten Drittels ein Schrägstrich; ferner:* de miraculo hostie unde iudei c(on)v(er)si sunt ad fid(em). [b)] astantis; instantis *bei Bosquet und Migne.* [c)] *So Bosquet und Migne.* [d)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [e–e)] *Bosquet, Migne:* vidit plenam. [f)] humefacta*; Bosquet:* humefactum*; Baluze, Migne:* humefactam.

87. [1)] S. Br. XVI 17 Anm. 1.

[2)] Zu dieser aus der Liturgie stammenden Wendung vgl. Egger, *4183 Briefe*, 69–71: s. bereits Br. I 11 Bd. 1 S. 19 Z. 6; Br. II 200 (209) Bd. 2 S. 388 Z. 15f.; Br. IV 52, Dr.: Seibold, *Livland*, Nr. 4, S. 6; Br. XIII 11 Bd. 13 S. 23 Z. 20f.

[3)] Der ab dem frühen 12. Jh. in Paris und unter König Philipp II. August auch in Montreuil-sur-Mer, Saint-Omer und Peronne geprägte und im nördlichen Frankreich dominierende Pariser Pfennig, der auch von lokalen Münzherren imitiert wurde. Vgl. Spufford, *Handbook*, 167.

culi advertentes deliberaverunt ad fidem accedere Christianam, sed aliis cum Abrahe pueris expectantibus idem N. nobili viro .. regio marescallo[4] uxorem suam filiosque commendans et rogans eundem, ut eos omnes faceret baptizari, ad nostram duxit presentiam accedendum, quem post multas collationes super lege ac prophetis habitis cum eodem venerabilis frater noster Tusculanus[g] episcopus[5] diligenter instructum in fide catholica baptizavit.

Cum igitur huiusmodi nova plantatio non solum rore doctrine riganda sit, sed etiam temporalibus beneficiis nutrienda, ut ei Dominus tribuat incrementum, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ei ac familie sue ad fidem Christianam converse taliter facias in vite necessariis provideri, quod pro defectu temporalium retro aspicere non cogantur vel propter hoc ad sedem apostolicam denuo laborare, inquisiturus super premisso miraculo plenius veritatem et eam nobis fideliter rescripturus. vgl. Ps 143, 12

Tu denique, frater archiepiscope, super te ipso et cetera.

Datum Laterani, VI Idus Iunii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

88 (85).

Innocenz III. trägt den Zisterziensern und den Johannitern in der Diözese Pécs auf, den Ankauf von Weingärten, deren Ertrag sie verkaufen, ohne davon den Zehent zu entrichten, zu unterlassen, und droht die Rücknahme ihrer Privilegien am bevorstehenden Konzil an.

Lateran, 1213 Juni 20.

Reg. Vat. 8, fol. 155^{v} ⟨Nr. 85 bzw. 89[a]⟩.

Dumay 134, Nr. 9; Bosquet 615, Nr. 85 = Baluze II 790, Nr. 85 = Migne, PL, 216, 886, Nr. 85; Delaville Le Roulx, Cartulaire, II 155, Nr. 1411. – Potth. Reg. 4767; Bréquigny, Table chronologique, IV 562. Vgl. Cheney, Letter, 279–282.

Monachis Cisterciensis ordinis[1] et Hospitalariis[2], Quinqueecclesiensis diocesis.

Venerabilis[b] frater noster Quinqueecclesiensis episcopus[3] nobis intimare curavit, quod vos extendentes ad lucra turpia manus vestras multitudinem emitis vinearum, de quibus sibi vel ecclesiis sue diocesis decime solvi solent[c], quarum vinum, licet nequaquam in

---

[g]) *Bosquet:* … Tusculan.

[4]) Heinrich (I.) Clementis, Marschall von Frankreich 1204–1214, Herr von Mez und Argentan. Vgl. Baldwin, *Government*, 427 und ad indicem.

[5]) S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.

88. [a]) *Korr. aus* 88. [b]) *Am Rande:* C(ontra) Cistercien(ses) q(ui) emu(n)t multas vineas et no(n) da(n)t deci(m)am. [c]) *Baluze, Migne:* debent.

88. [1]) Im frühen 13. Jh. dürfte Cikádor, Komitat Tolna, das einzige Zisterzienserkloster in der Diözese Pécs (Fünfkirchen) gewesen sein. Vgl. Hervay, *Repertorium*, 83; Romhányi, *Kolostorok*, 17. Es können aber auch Erwerbungen anderer Klöster betroffen sein.

[2]) Die damals einzige sicher bezeugte Präzeptorei der Johanniter in Ungarn lag in Székesfehérvár (Diöz. Veszprém). Einige Besitzungen lagen in der Diözese Pécs. Vgl. Hunyadi, *Hopitallers*, 24–29, 102, 167f.; Barabás, *Papsttum*, 305f.

[3]) Kalán, B. von Pécs (Fünfkirchen) (Suffr. von Esztergom) 1186–1218. Vgl. Sweeney, *Esztergom Election Dispute*, bes. 125–130; Hirte, *Innozenz III. als Richter*, 8–24; Fedeles–Koszta, *Pécs*, 59–65.

usus[d)] proprios[d)] expendatis[4)], sed vendendum ad alias faciatis provintias deportari, decimas tamen sibi vel ipsis ecclesiis subtrahitis ex eisdem. Cum igitur ex hoc ordini vestro plurimum detrahatur, universitati[e)] vestre[e)] per apostolica scripta mandamus, quatenus[f)] ab hiis decetero taliter desistatis, quod materia scandali auferatur, et super hoc de vobis clamor ad
vgl. Gn 18, 20f; Ex 2, 23 nos ulterius non ascendat; scientes vobis esse merito formidandum[g)], ne propter clamores[h)] huiusmodi sacrum concilium auctore Domino in proximo celebrandum privilegia vestra[i)] cohartanda[j)] provideat vel etiam revocanda[5)], cum privilegium mereatur[k)] amittere[l)], qui concessa sibi abutitur[m)] libertate[6)].

Datum Laterani, XII Kal. Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

89 (86).

Innocenz III. bestätigt dem Propst (Lanfrank) und den Kanonikern von S. Maria delle Vigne in Genua den rechtmäßigen Besitz ihrer Pfarre, so wie sie ihnen vom Erzbischof Hugo von Genua, dessen Urkunde er inseriert, definiert und bestätigt worden ist.

Lateran, 1213 Juni 19.

Reg. Vat. 8, fol. 155^{v}–156^{r} ⟨Nr. 86 bzw. 90[a)]⟩.
Bosquet 615, Nr. 86 = Baluze II 790, Nr. 86 = Migne, PL, 216, 887, Nr. 86. – Potth. Reg. 4765.

Preposito[1)] et canonicis sancte Marie in Vineis Ianuen(sibus).

Iustis[b)] petentium desideriis[c)] et cetera usque concurrentes assensu, parrochiam, quam ecclesia vestra noscitur obtinere, sicut eam iuste ac pacifice possidetis et in litteris confirmationis bone memorie H(ugonis), Ianuensis archiepiscopi[2)], plenius continetur, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem evidentiam litteras archiepiscopi memorati huic pagine nostre de verbo ad verbum duximus inserendas:

[d–d)] *Dumay:* proprios usus. [e–e)] *Dumay:* vobis. [f)] *Dumay:* quod. [g)] *Dumay:* reformidandum. [h)] *Dumay:* rumores. [i)] *Am Rande ein senkrechter, gewellter Strich.* [j)] *Bosquet, Dumay, Migne:* coarctanda. [k)] *Dumay:* mereantur. [l)] admitte(re); amittere *bei Bosquet, Dumay und Migne.* [m)] *Dumay:* abutuntur.

[4)] Zur Zehentfreiheit der Eigenbaugüter siehe das allgemeine Zisterzienser-Privileg und das Privileg „Christianae fidei religio" für die Johanniter. Vgl. Tangl, *Kanzleiordnungen*, S. 230, § 6, Nr. 1 (noch ohne den einschränkenden Verweis auf das Vierte Laterankonzil, s. unten Anm. 5) bzw. Bd. 10 S. LII Nr. 11; Hiestand, *PU Templer*, II 133.

[5)] Vgl. die dann tatsächlich erfolgte Einschränkung der Zehentfreiheit in Conc. Lat. IV, c. 55 (García y García, *Constitutiones*, 95f.) = Comp. IV 3. 9. 7 = X 3. 30. 34 (Friedberg, *CorpIC*, II 568f.); Caby, *Moines*, 397f.

[6)] Vgl. *Decretum Gratiani* D. 74 c. 7; C. 11 q. 3 c. 63; C. 25 q. 2 p. c. 21 II pars § 2, a. c. 23 (Friedberg, *CorpIC*, I 263, 660, 1018).

89. [a)] *Korr. aus* 89. [b)] *Am Rande:* c(on)firma(ti)o. [c)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.*

89. [1)] Lanfrancus, als Propst von S. Maria delle Vigne (Kollegiatstift in Genua) bezeugt 1205–1217. Vgl. Airaldi, *Carte*, 279 (Index).

[2)] Ugo della Volta, EB. von Genua 1163–1188.

In nomine sancte et individue trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Hugo, divina dignatione Ianuensis archiepiscopus, dilecto in Christo fratri[d)] Octoni, preposito ecclesie sancte Marie de Vineis[3)], et eiusdem ecclesie canonicis filiis benedictionem imperpetuum. Libenter modis omnibus prebemus assensum, quotiens est vox iusta poscentium. Proinde considerata devotione, quam erga [nos][e)] et ecclesiam Ianuensem geris, necnon et honorificabilitudinitate[f)] ecclesie tue parrochiam, quam ecclesia iamdicta in presentiarum noscitur obtinere et a quadraginta annis possedit[4)], tibi et successoribus tuis confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Decernimus itaque prescriptam parrochiam[5)] a[g)] balneo Balduini Gercii[h, 6)] inferius, a domo Alpanum cum carubio[i)] corrigalium[j, 7)] ex utraque parte usque ad litus maris, omnes stationes Malocelli[8)] atque domum quondam Petri Capellani, deinde litus maris continue usque ad carubium Sardenarum[9)] et ipsum carubium totum, et inde usque ad domum quondam Embronis. Insuper a domo Piperum[10)] cum domo Benedicti Larabie[11)] inferius, populus vero desuper via a domo Piperum usque ad domum Donati pictoris de Castelletto[k, 12)], et inde usque ad domum Guilielmi[l)] de Litero[13)] inferius, cum tota domo Ribaldi de Pinasca[14)], et eorum, qui habitant in insula filiorum de Infantibus[15)], cum toto loculi[m)] et parte Mortedi[16)] et cum vertigine campi liberi[n)] usque ad domum filiorum Donati quondam patris Oliverii Septemlingue[17)] cum

---

[d)] p(a)t(r)i; fratri *bei Bosquet und Migne*. [e)] *So Bosquet und Migne.* [f)] *Baluze am Rande:* honorificabili dignitate. [g)] *Darnach* Bald- *gestrichen.* [h)] *Bosquet, Migne:* Guercii. [i)] cambio; Carubio *bei Bosquet und Migne.* [j)] *Bosquet, Migne:* carrigalium*; Ughelli, Italia Sacra, IV 857 (Dr. der Urkunde EB. Hugos nach dem Insert):* corrigialium. [k)] *Bosquet, Migne:* Castelleto. [l)] *Bosquet, Migne:* Guillelmi. [m)] *Bosquet, Migne:* locali. [n)] *Bosquet, Migne:* Liberi.

[3)] Otto, Oto, als Propst von S. Maria delle Vigne bezeugt 1153–1189. Vgl. Airaldi, *Carte*, 287 (Index).

[4)] Somit wurde die Pfarre dem Stift 1147 von EB. Siro bestätigt. Vgl. Airaldi, *Carte*, IX. Zur vierzigjährigen Präskription s. Br. XVI 75 (72) Anm. 15.

[5)] Das Gebiet der Pfarre, weitgehend unverändert bis heute, umfasst die Stadtteile Soziglia und (teilweise) Banchi, Luccoli und Domoculta in Genua. Vgl. Airaldi, *Carte*, IX.

[6)] Das repräsentative Haus mit Portikus und balneum des Balduino Guercio (3. Jahrzehnt des 12. Jhs.–1206/1218), mehrmaligen Konsuls und u. a. Protagonisten im genuesischen Levantehandel, Lehensmann Kaiser Manuels von Konstantinopel, befand sich in der Nähe der Kathedrale S. Lorenzo. Vgl. *DBI* 60 (2003) 581–583.

[7)] Carubium, Quadrivium, Straßenkreuzung, in genuesischen Urkunden. Vgl. Du Cange, *Glossarium*, II 197a. Ein Alphanus de Casanova de Carrubio ist 1210 bezeugt: Krueger–Reynolds, *Lanfranco*, I 295, Nr. 659. Corrigia, Corrigialia, (Leder-)Streifen. Vgl. *Mittellateinisches Wörterbuch* II (1999) 1924f., 1926.

[8)] Familie Malusaucellus/Malusauxellus in Genua. Vgl. *ebd.* III ad indicem.

[9)] Familie Sardena. Vgl. Chiaudano–Morozzo della Rocca, *Oberto (1190)*, ad indicem.

[10)] Familie Piper. Vgl. *ebd.*, ad indicem.

[11)] Benedictus de Larabia, 1186 bezeugt. Vgl. Chiaudano, *Oberto (1186)*, 82, Nr. 224.

[12)] Castelletto, ht. Stadtteil von Genua.

[13)] Wilielmus de Liter, de Literio, 1191 bezeugt. Vgl. Hall–Krueger–Reynolds, *Guglielmo Cassinese*, I 323, Nr. 809; II 2, Nr. 1101; 8, Nr. 1117.

[14)] Rubaldus de Pinasca. Vgl. Krueger–Reynolds, *Lanfranco*, I 20, Nr. 38.

[15)] Familie de Infantibus. Vgl. Hall-Cole–Krueger–Reinert–Reynolds, *Giovanni di Guiberto*, II ad indicem.

[16)] Multedo, Teil des Municipio VII Ponente im Westen von Genua. Vgl. Airaldi, *Carte*, 283 (Index).

[17)] Oliverius Septem Lingue, 1191 bezeugt. Vgl. Hall–Krueger–Reynolds, *Guglielmo Cassinese*, I 123, Nr. 306.

eadem domo[o]. Iterum domum Ioh(ann)is Loripetis[p] et ipsum carubium inferius ex utraque parte a domo Guilielmi[q] Sagonen(sis) undique inferius. Preterea a domo quondam Rainaldi Aurie totum inferius cum eadem domo. Tandem carubium totum de Reflatis a domo Nebularii inferius, et omnes, qui habitant infra predictos fines, parrochianos sancte Marie de Vineis decetero firmiter decernimus. Nulli[r] omnino liceat hanc parrochiam
* fol. 156r * invadere ac temere perturbare seu oratorium aliquod infra prescriptam parrochiam edificare. Ut autem cunctis hec confirmatio liqueat, eam scribi fecimus et nostro sigillo muniri mandavimus. Millesimo[s] centesimo octogesimo VII, indictione quinta, VIII Kal. Decembris. Ego Hugo, Ianuensis archiepiscopus, subscripsi.

Nulli ergo omnino[t] hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem[t] et cetera usque incursurum.

Datum Laterani, XIII Kal. Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

90 (87).

Innocenz III. bestätigt dem König P(eter) von Aragón das Privileg Papst Urbans II. für den König Peter von Pamplona und Aragón und befiehlt dessen Einhaltung, warnt ihn aber davor, den darin gewährten Schutz des Königspaars vor Interdikt und Exkommunikation durch Bischöfe, Erzbischöfe oder Legaten zu missbrauchen.

Lateran, 1213 Juli 4.

Reg. Vat. 8, fol. 156r ⟨*Nr.* 87⟩.

Bosquet 616, Nr. 87 = Baluze II 790, Nr. 87 = Migne, PL, 216, 888, Nr. 87; Mansilla, Documentación, 550, Nr. 507; 53, Nr. 34 (Insert); Alvira Cabrer, Pedro el Católico, IV 1557, Nr. 1531 (ohne Insert). – Potth. Reg. 4773.

Vgl. Fried, Schutz, 232–234.

P(etro), illustri regi Aragonum[a, 1].

[I]n[b] privilegio felicis recordationis Vrbani pape II, predecessoris nostri, de verbo ad verbum perspeximus[c] contineri[2]:

Vrbanus episcopus, servus servorum Dei, carissimo filio Petro, Pampilonensi et Aragon(um) regi[3], eiusque successoribus in eadem beati Petri fidelitate permansuris[d] imper-

---

[o]) *Fehlt bei Baluze und Migne.* [p]) *Bosquet, Migne:* Loripedis. [q]) *Bosquet, Migne:* Guillelmi. [r]) *Baluze, Migne:* Nulli ergo. [s]) *Baluze, Migne:* Anno millesimo. [t–t]) *Bosquet:* et cetera usque nostre confirmationis infringere. *Fehlt bei Migne.*

90. [a]) *Migne:* Aragonensium. [b]) *Die Initiale wurde nicht ausgestaltet, der Brief daher bei der ersten Zählung übersehen; s. Einleitung S. XV.* [c]) p(ro)speximus; perspeximus *bei Bosquet und Migne*. [d]) p(er)mansuri; permansuris *bei Bosquet und Migne.*

90. [1]) S. Br. XVI 23 Anm. 6.

[2]) Papst Urban II. am 16. März 1095: *JL* 5552; Dr.: Mansilla, *Documentación*, 53, Nr. 34, allerdings nach dem Insert im vorliegenden Br.; vgl. Kehr, *Papsttum*, 31f.; Fried, *Schutz*, 70, Anm. 23. Original im Archivo Histórico Nacional Madrid, clero secular, regular, car. 621, Nr. 16 (http://pares.mcu.es/ParesBusquedas20/catalogo/show/2320407 [2. 12. 2022]).

[3]) Peter I., König von Pamplona und Aragón 1094–1104.

petuum. Cum universis sancte ecclesie filiis ex apostolice sedis auctoritate ac benivolentia debitores existamus, illis tamen personis, que familiarius ac devotius Romane adherent ecclesie, propensiori nos convenit [caritatis][c] studio imminere. Quia igitur bone memorie patris tui Santii[f, 4], cuius regno temporaliter successisti, fidem quoque ac devotionem erga Romanam ecclesiam efficaciter sequeris, nos eadem benignitate qua patris tui postulationem implevimus, tue quoque petitioni adesse curamus. Te enim tamquam regem beato Petro devotissimum et omne tuum regnum in tutelam sedis apostolice speciali dilectione suscipimus. Constituimus ergo auctoritate apostolica sanctientes, ut omnes tui successores regnum illud de manu nostra nostrorumve successorum accipiant, eundem censum quingentorum scilicet Mancusorum[5] rependant et se beati Petri reges[g] ministros ac famulos recognoscant[6]. Quapropter nullus deinceps viventium et fidem Christianam tenentium regnum illud temere perturbare, invadere aut diminuere qualibet[h] occasione presumat nec molestiam ullam tibi tuisve successoribus, qui in eadem sedis apostolice fidelitate permanserint, inferre audeat, ne Dei et apostolorum eius indignationem incurrat. Tuam vero personam in beati Petri et nostre manus tutelam ita omnino suscipimus, ut nulli episcoporum, nulli archiepiscoporum, nulli[i] sancte Romane ecclesie legato liceat sine certo precepto nostro adversum te vel tuam coniugem excommunicationis aut interdictionis proferre sententiam. Tu igitur, fili in Christo carissime, in ea, quam[j] cepisti, devotione persistens, ita regnum seculare sub celestis iusticie lege coherce, ita semper tue et catholicorum omnium matris Romane ecclesie gratiam excole, ut et in presenti annuente Domino maiora merearis et in futuro sanctorum apostolorum intercessionibus eterni regni gloriam consequaris. Sane ad indicium huius percepte a Romana ecclesia libertatis quingentos Iaccensis monete mancusos aureos per annos singulos Lateranensi palatio, ut superius dictum est, persolvetis[7].

Hoc igitur nostre privilegium sanctionis si quis in crastinum agnoscens archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps, dux vel marchio, comes aut vicecomes, iudex aut persona quelibet secularis vel ecclesiastica contra eam temere venire temptaverit et regni tui bona, que in presenti ex paterna possessione[k] retines seu que in futurum largiente Domino iuste acquirere poteris, invadere, molestare vel suis usibus applicare presumpserit,

---

[c]) *So Bosquet und Migne und die Urkunde Urbans II.* [f]) *Migne:* Sancti. [g]) *Fehlt bei Migne.* [h]) *Migne:* quolibet. [i]) *Darnach* ergo, *welches bei Bosquet und Migne fehlt: Der Kopist, vielleicht schon des Originalregisters, wollte wohl irrtümlich die* nulli-ergo-*Formel beginnen. In der Urkunde Urbans II. folgt hier:* etiam. [j]) *Migne:* qua. [k]) *Baluze, Migne emendieren:* successione; possessione *aber auch in der Urkunde Urbans II.*

[4]) Sancho Ramírez, König von Pamplona und Aragón 1063–1094.

[5]) Mancus, Mancusus, ältere Bezeichnung für den andalusischen Gold-Dinar und dessen Nachprägungen, darunter durch die Könige von Aragón in den Münzstätten Jaca (s. unten Z. 23) und Barcelona. Vgl. Crusafont–Balaguer–Grierson, *Coinage*, 78–82, 102f., 108, 567; Spufford, *Handbook*, 147f. Im *Liber Censuum* (s. unten Anm. 7) wird der Census als 500 „obol(i) auri" bzw. „auri marcusi(i) ad cuneum Jacca", im Krönungsordo König Peters II. als 500 „Massemutine" geführt. S. Br. VII 229 Bd. 7 S. 408 Z. 332; Spufford, *Handbook*, 159, 309.

[6]) Die Bindung Aragóns an den Apostolischen Stuhl erfolgte erstmals 1068 während einer Romreise von König Sancho; vgl. Kehr, *Wie und wann*, 207f.; s. auch einen Briefaustausch über die Zinszahlung zwischen Sancho und Papst Urban II. 1088/1089: *ebd.*, 218f., Nr. III und IV. Aragón wurde unter den Schutz der römischen Kirche gestellt in einem Privileg Urbans II. vom 1. Juli 1089 für Montearagón (*JL* 5398; Dr.: Fried, *Schutz*, 327, Nr. I); s. auch zwei Schreiben König Peters an den Papst: Kehr, *Papsttum*, 55, Nr. 1; 57, Nr. 2; vgl. *ebd.* 28; ders., *Wie und wann*; Fried, *Schutz*, 63–87.

[7]) Vgl. auch Fabre–Duchesne, *Liber Censuum*, I 216b, Anm. 6; II 116a.

secundo terciove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, a Christi eum et ecclesie corpore auctoritatis apostolice potestate segregamus et honoris sui periculo subiacere decernimus. Cunctis autem conservantibus hec pax a Deo et misericordia presentibus ac futuris seculis conservetur. Amen.

Datum Placentie per manum Ioh(ann)is, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis[8)], XVII Kal. Aprilis, indictione III, anno Dominice incarnationis millesimo nonagesimo quinto, pontificatus autem domini Vrbani secundi pape VIII[o].

Cum autem adeo personam tuam dilexerimus et diligamus in Domino caritate sincera, quod nostris manibus coronavimus te in regem[9)], tuis petitionibus, quantum cum Deo possumus, favorabilem impertientes assensum predictum privilegium ratum habemus et precipimus inviolabiliter observari. Tu ergo, ne inde nascantur iniurie, unde iura nascuntur[10)], talem te circa usum prescripti privilegii studeas exhibere, presertim circa id, quod de interdicti et excommunicationis sententiis est predictum, ne per[l)] abusum, quod absit, privari eiusdem privilegii beneficio merearis[11)], quia iuxta canonicas sanctiones privilegium meretur ammittere, qui permissa sibi abutitur potestate[12)].

Nulli ergo omnino[m)] hominum liceat hanc paginam nostre preceptionis infringere vel ei ausu temerario [contraire][n)]. Si quis autem[m)] et cetera usque incursurum.

Datum Laterani, IIII Non. Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

91 (88).

Innocenz III. trägt dem Bischof (Johannes) von Cambrai auf, dem Diakon Nikolaus, obwohl er als Sohn eines Priesters von seinem Offizial zunächst abgelehnt wurde, wenn nichts gegen ihn selbst vorliegt, die Kirche Sainte-Marie von Braffe und Baugnies zu übertragen.

Segni, 1213 Juli 11.

Reg. Vat. 8, fol. 156[r] ⟨*Nr.* 88 *bzw.* 91⟩.

Bosquet 617, Nr. 88 = Baluze II 791, Nr. 88 = Migne, PL, 216, 889, Nr. 88. – Potth. Reg. 4779; Bréquigny, Table chronologique, IV 563; Wauters, Table chronologique, III 388.

[l)] *Bosquet, Migne:* propter. [m–m)] *Migne:* etc. praeceptionis. [n)] *So Bosquet.*

[8)] Johannes von Gaeta, Mönch in Montecassino, Skriptor, 1088 Kanzler der päpstlichen Kanzlei und KD. von S. Maria in Cosmedin, 1118–1119 Papst Gelasius II. Vgl. *DBI* 52 (1999) 807–811.

[9)] S. Br. VII 229, Krönungsordo der am 11. November 1204 in Rom erfolgten Krönung König Peters II. Zu den Implikationen der Krönung, den eingegangenen Verpflichtungen des Königs, folgenden Vergünstigungen des Papstes, ohne jedoch die gewünschte Unterschutzstellung vgl. Fried, *Schutz*, 206–231.

[10)] Vgl. Codex 8. 4. 6 (Ed. Krueger 332).

[11)] Zur zeitlichen Einordnung der impetrierten Bestätigung, der Vorbereitung des Kriegszugs König Peters gegen das Kreuzfahrerheer und der Möglichkeit einer Exkommunikation desselben durch den Legaten, den EB. Arnald von Narbonne, vgl. Smith, *Innocent III*, 135f.; Alvira, *Convocation*, 89f.

[12)] S. Br. XVI 88 (85) Anm. 6.

..[a] Episcopo Cameracensi[1].

Cum[b] Nicolaum diaconum latorem presentium per abbatem[2] et conventum Lexien(ses) ad ecclesiam sancte Marie de Brafe[c, 3] et Bauegnies[4] presentatum tuus nollet officialis admittere, pro eo quod filius fuerat sacerdotis, idem diaconus ad misericordiam sedis apostolice convolans supplicationibus et lacrimis institit, ut ei multa inopia laboranti, ne ipsum ad secularia divertere negotia instigante paupertate contingat, ad obtinendum beneficium aditum dignaremur per dispensationis gratiam aperire. Licet autem ad tales peccata parentum promotionis impedimenta transmittant, eo quod propagatio criminis in tali prole timetur, dum viciati ramusculi de viciosa radice procedunt, quia tamen aliquando ex sic genitis aliqui virtute propria redimunt, quod de natalibus parentum vicio perdiderunt, quandoque in eis apostolica sedes de plenitudine potestatis notam originis abolet, quam intulere parentes. Cum igitur prefato diacono, sicut per litteras prefati[d] officialis accepimus, non[e] desint suffragia bone vite, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem diacono, si non est paterne incontinentie imitator[5] et bona sibi merita suffragantur, dummodo aliud canonicum non obsistat, auctoritate [nostra][f] ecclesiam supradictam dispensative concedas.

Tu denique, frater episcope, et cetera.

Datum Signie, V Idus Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

92 (89).

Innocenz III. bestätigt dem Erzbischof S(tephan) von Canterbury die Richtigkeit der Mitteilungen des päpstlichen Subdiakons und Familiaren (Pandulf) bezüglich der Absolution des Königs (Johann von England) und informiert ihn, vor Erhalt seines jüngsten Berichts und nach dem Eintreffen königlicher Schreiben und Boten den (Kardinal-)Bischof (Nikolaus) von Tusculum als Legaten nach England gesandt zu haben. Der Erzbischof möge sich um den Friedensschluss und Ehre und Nutzen der Kirche bemühen und dem Papst möglichst rasch berichten, um diesem weitere Maßnahmen zu ermöglichen.

Segni, 1213 Juli 15.

Reg. Vat. 8, fol. 156[r] ⟨*Nr.* 89 *bzw.* 92⟩.

Bosquet 618, Nr. 89 = Baluze II 792, Nr. 89 = Migne, PL, 216, 890, Nr. 89; Cheney–Semple, Selected Letters, 155, Nr. 56. – Potth. Reg. 4780; Cheney, Calendar, 928.

---

91. [a]) *Fehlt bei Bosquet.* [b]) *Am Rande:* De illegittimo. [c]) *Migne:* Brase. [d]) *Bosquet, Migne:* dicti. [e]) *Darnach gestrichen:* su-. [f]) *So Bosquet und Migne.*

91. [1]) Johannes (III.) von Béthune, B. von Cambrai 1201–1219. Vgl. Le Glay, *Cameracum Christianum*, 40f.; *Dict. HGE* 8 (1935) 1258f.; Hucker, *Otto IV.*, 437f., Nr. 81.

[2]) Wohl Hugo (II.) de Hestru, als Abt von Liessies (Ben.-Abtei, Diöz. Cambrai, Cant. Fourmies, Arr. Avesnes-sur-Helpe, Dép. Nord) bezeugt 1213 (gest.). Vgl. *Gallia Christiana* III 123; Le Glay, *Cameracum Christianum*, 142.

[3]) Braffe, Comm. Péruwelz, Arr. Tournai-Mouscron, Prov. Hainaut. Vgl. Longnon, *Pouillés Reims*, 317 A, 770 (Index).

[4]) Baugnies, Comm. Péruwelz. Vgl. auch Le Glay, *Cameracum Christianum*, 502 („Braffe cum Baugnies“).

[5]) Vgl. *Decretum Gratiani* D. 56 p. c. 1 (Friedberg, *CorpIC*, I 219).

S(tephano), Cantuariensi archiepiscopo, sancte Romane ecclesie cardinali[1)].

Quartodecimo[a)] die Iulii litteras tuas recepimus eorum[b)], que gesta sunt[b)], seriem usque ad missionem earum[c)] plenarie continentes. Illud autem pro certo noveris esse verum, quod dilectus filius P(andulfus), subdiaconus et familiaris noster[2)], super absolutione regia[3)] tibi suggessit in tantum etiam, quod, antequam nobis de transitu eius in Angliam constitisset, tibi et ipsi litteras nostras per proprium nuntium destinavimus, quas ad vos iam credimus pervenisse, mandantes, ut ambo vel alter vestrum de assensu reliqui propter instantem neccessitatem, que tunc videbatur urgere, ad absolutionem procederetis persone regie, si videretis negotio expedire. Ceterum antequam ad nos tue littere pervenissent, receptis nuntiis et litteris regiis[4)] nos memores verbi tui et coepiscoporum tuorum venerabilem fratrem nostrum Tusculanum episcopum[5)] legatum in Angliam duximus destinandum, qui iam a presentia nostra recesserat accepta licentia procedendi[d)]. Tu ergo de reliquo sicut vir providus et fidelis agere studeas, que ad salutem et pacem regis et regni videris pertinere cum honore ac utilitate apostolice sedis et ecclesie Anglicane significaturus nobis de singulis, quamcito poteris, plenarie veritatem, ut ea cognita, si quid viderimus addendum, addamus.

Tu denique, frater archiepiscope, super te ipso et cetera.

Datum Signie, Idus Iulii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

93 (90).

Innocenz III. trägt seinem Legaten, dem Patriarchen (Albert) von Jerusalem, auf, den Templern für all ihre Niederlassungen zu verbieten, für die Aufnahme in ihren Orden Gegenleistungen unter welchem Vorwand auch immer anzunehmen; wenn dies künftig geschieht, sollen sowohl der Aufnehmende als auch der Aufgenommene ausgestoßen und in einen strengeren Orden transferiert werden; mit denen, die sich aus Einfältigkeit so vergangen haben, soll er, wenn Nützlichkeit und Notwendigkeit dies erfordern, milder verfahren. Brüdern, die Kriegsdienst geleistet haben und bei der Beichte bekennen, zu Subdiakonen geweiht zu sein, soll nur aufgrund dessen nicht öffentlich auferlegt werden, sich vom Kriegsdienst fernzuhalten. Beweisen sie ihren Status schriftlich, sollen sie trotz möglicher Irregularität als Kleriker dienen, sofern sie kein Blut vergossen haben oder kein sonstiges Hindernis besteht.

Segni, 1213 Juli 25.

Reg. Vat. 8, fol. 156^{r}–156^{v} ⟨Nr. 90 *bzw.* 93⟩.

Bosquet 618 Nr. 90 = Baluze II 79, Nr. 90 = Migne, PL, 216, 890, Nr. 90. – Potth. Reg. 4783; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 539, Nr. 1; Claverie, Ordre, III 89, Nr. 57.

---

92. [a)] *Im Inneren des Q- zwei senkrechte Striche.* [b–b)] eor(um)que gesta; eorum, que gesta sunt *bei Bosquet und Migne.* [c)] eor(um); earum *bei Bosquet und Migne.* [d)] -i *korr. aus einem anderen Buchstaben.*

92. [1)] S. Br. XVI 30 Anm. 71.

[2)] S. Br. XVI 63 (60) Anm. 5.

[3)] Vgl. schon die Instruktion für Pandulf vom 14. April 1211 im Br. XV 237 (234) Bd. 15 S. 387 Z. 16–18. S. auch Br. XVI 79 (76) Anm. 6.

[4)] Br. XVI 79 (76), 80 (77).

[5)] S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.

[5)] Vgl. *Decretum Gratiani* D. 56 p. c. 1 (Friedberg, *CorpIC*, I 219).

Patriarche Ier(oso)l(im)itano[a, 1], apostolice sedis legato.

* [V]icium[b] pravitatis in Gsezi[c] lepre morbo et in Symone mago perditione dampnatum in regularibus transire non debet inultum, quoniam eo dapnabilius ab illis committitur, quo periculosius tales cadunt, sibi per meritum et aliis per exemplum. Licet autem contra pestem istam mortiferam temporibus[d] diversis[d] a predecessoribus nostris diversa prodierint instituta, nondum tamen usque adeo mortificari potuit, quin[e] etiam in terra, que funiculus est hereditatis Dominice, multos infecerit et effecerit sic habitus religiosi participes quod sancte religionis expertes. Ipsam quoque domum Militie Templi, ad quam occuli respiciunt plurimorum, quosdam intelleximus symoniace introisse simplicitate tamen potius quam malitia, prout ex litteris tue fraternitatis accepimus, cum[f] simplicitate occasionem prestante delicto[2]. Ad excludendum igitur talis simplicitatis periculum fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus magistro[3] et fratribus Militie Templi ex parte nostra districte prohibeas et ab eis facias per omnes domos sui ordinis firmiter inhiberi, ne pro alicuius receptione aliquid exigatur nec etiam sub pretextu subventionis ad exactionem procedatur huiusmodi, cum superficies nominis reatum criminis non imutet[4]. Si quis autem decetero quemquam taliter admiserit ad ordinem supradictum, uterque[g] tam admittens videlicet quam admissus ut[h] puniatur, in quo deliquit, ab eo sine spe restitutionis perpetuo expellatur ad alium districtioris regule transferendus[i] ordinem[i], in quo tam execrabilis culpe reatum penitentia condigna deploret[5]. Cum hiis autem, qui hactenus simpliciter[j] peccarunt, si urgens neccessitas aut evidens utilitas postularit, mitius agere poteris, prout tue discretionis prudentia viderit expedire.

* fol. 156v
vgl. 4Rg 5, 20–27
vgl. Act 8, 9–23
vgl. Dt 32, 9

De illis autem fratribus, qui deputati usui militari secreta confessione fatentur se in subdiaconatus ordine constitutos, consultationi tue sic duximus respondendum, quod, nisi de hoc legittima probatione constiterit, propter confessionem huiusmodi non est illis iniungendum in publico, ut ab usu militie debeant[k] abstinere; quodsi legittimis id probaverint documentis, nisi effusione sanguinis[l] impedimentum irregularitatis incurrerint aut aliud obviet de canonicis institutis, iuxta ordines suos in habitu clericali, quodsi forsan irregulares extiterint, nichilominus iuxta quod possunt servitiis domus existant[m], ne, si ob hoc pateret talibus exitus, aliis egrediendi occasio prestaretur.

Datum Signie, VIII Kal. Augusti, pontificatus nostri anno sextodecimo.

---

93. [a]) *Bosquet:* Hierosolymitan.*; so auch Migne.* [b]) *Die Initiale fehlt, wurde auch nicht zur Rubrizierung vorgemerkt; das erste* -i- *als Großbuchstabe ausgestaltet.* [c]) *Bosquet, Migne:* Giezi. [d–d]) *Bosquet, Migne:* diversis temporibus. [e]) qui; quin *bei Bosquet und Migne.* [f]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [g]) *Bosquet, Migne:* utque. [h]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [i–i]) *Bosquet, Migne:* ordinem transferendus. [j]) *Bosquet, Migne:* simplicitate. [k]) debent; debeant *bei Bosquet und Migne.* [l]) sanguis; sanguinis *bei Bosquet und Migne.* [m]) *Bosquet, Migne:* insistant.

93. [1]) S. Br. XVI 2 Anm. 6.

[2]) Zum grundsätzlichen Verbot einer simonistischen Aufnahme in der Templerregel und zu den Zuwendungen, die bei einer solchen üblich waren, vgl. Barber, *New Knighthood*, 223–225; Vogel, *Recht der Templer*, 195–197; zu den Maßnahmen Innocenz' III. Lynch, *Simoniacal Entry*, 111; 178–202, bes. 190–192; 216f.

[3]) S. Br. XVI 30 Anm. 95.

[4]) Vgl. Br. II 96 (104) Bd. 2 S. 208 Z. 10–19 = Comp. III 5. 14. 1; Alan. 5. 2. 3; Alan. K 5. 2. 2; Bern. 5. 16. 3; Coll. Fuld. 5. 1. 13; Coll. Rotom. III 25 = X 5. 3. 36 (Friedberg. *CorpIC*, II 764) zur Dissimilierung simonistischer Praktiken; vgl. auch *Decretum Gratiani* C. 14 q. 3 c. 3 § 1 (Friedberg, *CorpIC* I 735).

[5]) Vgl. *JL* 16562 (Clemens III.) = Comp. II 5. 2. 7 = X 5. 3. 25 (Friedberg, *CorpIC*, II 757f.); Böhmer–Schmidt, *Regesta Imperii* (Lieferung 4), 224, Nr. 399.

94 (91).

Innocenz III. freut sich über die Bereitwilligkeit, mit welcher der Doge P(eter) Ziani von Venedig seinem Kreuzzugsaufruf zu folgen versprochen hat, und ermahnt ihn, in der Vorbereitung fortzufahren und das Versprechen zum gegebenen Zeitpunkt einzulösen. Er schlägt die Bitte, die Wahl des Pfarrers L. von S. Polo zum Patriarchen von Konstantinopel zu bestätigen, ab, tadelt den erzwungenen Aufenthalt des Sonderbeauftragten in dieser Sache (Maximus) in Venedig und kündigt an, dass er keinesfalls vom festgelegten Procedere betreffend die dortige Doppelwahl abweichen wird. Was die Erneuerung des Privilegs der Kirche von Grado, die Bestätigung des Abtes von S(S). Ilario (e Benedetto) und die Übersendung des Palliums an den Elekten (Leonhard) von Zadar betrifft, erfüllt er – nach eidlicher Verpflichtung des Dogen und der Bürger von Venedig vor päpstlichen Delegaten zur Genugtuung wegen der Übergriffe in Zadar – die Wünsche des Dogen.

Segni, 1213 August 3[1)].

Reg. Vat. 8, fol. 156^{v} ⟨*Nr.* 91 *bzw.* 94⟩.
Bosquet 619, Nr. 91 = Baluze II 793, Nr. 91 = Migne, PL, 216, 891, Nr. 91. – Potth. Reg. 4784; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 185, Nr. 128; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 539, Nr. 2.

Nobili viro P(etro) Ziani, duci Venetor(um)[a, 2)]**.**

Venientem[b)] ad apostolicam sedem dilectum filium M. Iacobi, nuntium tuum, virum utique providum et fidelem ac de[c)] circumspectione sollicita et sollicitudine circumspecta merito commendandum, benignitate recepimus consueta eique audientiam tribuimus facilem et benignam. Inter cetera vero, que idem M. in nostra et fratrum nostrorum presentia ex parte tua proposuit fideliter et prudenter asseruit, quod tu litteras apostolicas nuper tibi et populo Venetiar(um)[d)] pro exhortatione subsidii Terre sancte directas[3)] recepisti prompta et ylari voluntate sperans et concepta fiducia de divina miseratione promittens terram eandem a te populoque predicto tantum in personis et rebus auxilium habituram, ut ex maritimis civitatibus universis nulla prorsus maiorem in hoc negotio sit exhibitura[e)]
vgl. Mt 16, 24; Mc 8, 34; Lc 9, 23 u. ö. Domino famulatum, quippe cum tu ipse proposueris tollere crucem tuam ac tuum sequi, ut eius comproberis esse discipulus, Redemptorem, quod quidem tanto ampliori gaudio nos replevit, quanto inter omnia desiderabilia cordis nostri specialius affectamus, ut terra eadem ab impiorum manibus, si desuper datum fuerit, liberetur, ut restituatur populo
vgl. 2Esr 9, 5 u. ö. Christiano ad divini nominis gloriam et honorem. Tue igitur devotionis fervorem dignis in Domino laudibus commendantes nobilitatem tuam monemus attentius et hortamur, quatenus in hoc sancto proposito perseverans ad Crucifixi obsequium te attingas viriliter et potenter, navigium et alia neccessaria ea cura et studio faciens preparari, ut, cum tempus advenerit oportunum, affectum, quem tibi Dominus inspiravit, valeas ipso prosequente perducere in effectum.

Super eo autem nequivimus non mirari, quod, cum per Dei gratiam et sapientia vigeas et circa te copiam habeas sapientum, electionem de dilecto filio L., sancti Pauli ple-

---

Cum tibi curam et administrationem Masse de Ficarolo[2)] duximus[a)] committendam mandantes, ut proventus eius recipiens ad opus nostrum reservares eosdem[3)], miramur, quod nichil nobis super hoc rescribere curavisti[4)]. Quocirca per apostolica tibi scripta precipiendo mandamus, quatenus, quicquid super hoc feceris, nobis quantocius rescribere[b)] non omittas et loci predicti curam et administrationem habeas diligentem; contradictores aut detentores, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescens. Datum Signie, VII Kal. Septembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

105 (102).

Innocenz III. trägt dem Markgrafen (Aldobrandinus) Este auf, die seinem Vater (Azzo) vom Papst als Lehen übertragene Mark Ancona, wie dieser und er selbst versprochen haben, ohne weiteres Zögern für die römische Kirche rückzuerobern; ansonsten wird der Papst nach seinem Gutdünken handeln.

Segni, 1213 August 28.

Reg. Vat. 8, fol. 158r ⟨Nr. 102⟩.
Bosquet 627 Nr. 102 = Baluze II 797, Nr. 102 = Migne, PL, 216, 900, Nr. 102. – Potth. Reg. 4799; BFW 6151.

Nobili viro marchioni Estensi[1)]**.**

Inter[a)] alias rationes ea[b)] consideratione potissimum clare memorie patri[c)] tuo[2)] Anchonitanam Marchiam in feudum duximus concedendam, quia promiserat nobis, quod eam

104. [a)] *Bosquet, Migne:* duxerimus. [b)] *Bosquet, Migne:* scribere.

104. [1)] Garsendinus de Manfredis, Garsendino di Bonifacio Manfredi, aus der in Reggio, Modena und im Umland einflussreichen Familie der filii Manfredorum, Domkanoniker von Reggio (bezeugt ab 1204) und Modena, als Dompropst von Ferrara bezeugt seit 1208 (davor Mainardinus Aldighieri, ab 1207/1208 B. von Imola), B. 1236–1239. Vgl. Barotti, *Serie*, 34; Benati–Samaritani, *Chiesa di Ferrara*, ad indicem; Samaritani, *Inserzione*.

[2)] Ficarolo, Prov. Rovigo, Veneto; die Massa di Ficarolo gehörte zum Patrimonium s. Petri: Fabre–Duchesne, *Liber Censuum*, I 122b. Zur Übertragung an den Propst von Ferrara s. auch AAV, Indice 254, fol. 11v, aus dem verlorenen Teil des Thronstreitregisters, eine Eintragung zum Juni 1211: „... [commisit] .. preposito Ferrariensi Massam de Ficarolo"; vgl. Haidacher, *Beiträge*, 61.

[3)] S. Br. XVI 146 (143) Anm. 4.

[4)] S. auch unten Br. XVI 146 (143).

105. [a)] *Am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich und:* i(n) feudu(m) dat(ur) Marchia marchioni Esten(si). [b)] *Migne:* eas. [c)] *Bosquet:* … Patri.

105. [1)] Aldobrandinus I. von Este, geb. 1190, Markgraf von Este 1212–1215 Oktober 10. Vgl. *DBI* 43 (1993) 300f.

[2)] Azzo VI. von Este, geb. ca. 1170, gest. November 1212. Vgl. *DBI* 43 (1993) 320–322.

valida manu ingrediens ipsam ad ecclesie Romane dominium revocaret[3]. Sperantes autem te in eodem negotio processurum, sicut tuis nobis litteris[d] intimasti, super hoc litteras tibi transmisimus, quales vidimus expedire. Verum cum in hoc nondum processeris et de levi maxime temporibus istis Marchiam ipsam ad dominium nostrum revocare possimus, nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus in negotio ipso procedas; alioquin, ne diutius ecclesia spoliata remaneat, nos procedemus in ipso, sicut videbimus expedire[4].

Datum Signie, V Kal. Septembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

106 (103).

Innocenz III. legt dem Erzbischof (Roger) und den Richtern und Konsuln von Benevent nahe, zur zusätzlichen Bedingung für die Freilassung des von den Beneventanern aus anderer Ursache gefangen gehaltenen Thomas von Aquino die Rückgabe der von diesem widerrechtlich besetzten Burg Brocco zu machen, die Innocenz' Bruder (Richard) gehört, und sich damit das päpstliche Wohlwollen gegenüber ihrer Einigung zu sichern.

Segni, 1213 August 30.

Reg. Vat. 8, fol. 158^{r} ⟨*Nr.* 103 *bzw.* 106[a]⟩.

Bosquet 627, Nr. 103 = Baluze II 798, Nr. 103 = Migne, PL, 216, 900, Nr. 103; Maccarrone, Famiglia, 218f. – Potth. Reg. 4801.

Vgl. Maccarrone, Famiglia, 176–181.

Archiepiscopo[1], iudicibus et consulibus[2] Beneuentanis.

Licet nobilis vir Thomasius de Aquin(o)[3] cum sociis suis de mandato nostro captus non fuerit, volentes tamen indempnitati vestre paterna[b] sollicitudine precavere, sepe vobis super hoc scripta nostra direximus, qualia pro tempore novimus expedire. Ipse vero, etsi

---

[d]) *Migne:* litteras.

[3]) Azzo, der seit Januar 1210 die Mark Ancona von Kaiser Otto IV. zu Lehen hatte (*BFW* 348), wechselte Anfang 1211 die Seite und wurde, nach Verhandlungen über eine Übertragung der Mark an ihn durch den Papst 1211 (AAV, Indice 254, fol. 11^{v}, wohl eine Eventualausfertigung vom Juni 1211, vgl. Tillmann, *Azzo*, 30–34), am 10. Mai 1212 von Innocenz mit dieser belehnt (Theiner, *Codex dominii temporalis*, I 44, Nr. 56). Vgl. Waley, *Papal State*, 62f. mit Anm. 2; Tillmann, *Azzo*, passim.

[4]) Nach Beilegung von Konflikten in der Mark Treviso (s. auch unten Br. XVI 120 [117]) bekämpfte Aldobrandinus ab Anfang 1214 in der Mark Ancona die Anhänger Ottos IV. S. päpstliche Schreiben zu seiner Unterstützung vom Mai 1214: *PL*, 217, 228f., 32f., Nr. 188, 189, 192, 193; s. auch Muratori, *Antichità Estensi*, I 417; *BFW* 6169; vgl. Waley, *Papal State*, 63f.

106. [a]) *Korr. aus* 102. [b]) *Migne:* paternae.

106. [1]) S. Br. XVI 30 Anm. 56.

[2]) Zur Verfassung der zum Kirchenstaat gehörigen Stadt Benevent s. Br. I 257, in welchem der Papst die Statuten der Stadt Benevent mit deren Funktionsträgern bestätigt. Vgl. Vehse, *Benevent*, 80–92.

[3]) Thomas (I.) von Aquino (Prov. Frosinone, Latium), geb. um 1190, Graf von Acerra 1220, 1221 Kapitän und Oberjustitiar Apuliens und der Terra di Lavoro, Parteigänger und Vertrauter Friedrichs II., gest. 1251. Vgl. *DBI* 3 (1961) 676–678; Maccarrone, *Famiglia*, 167–170; Stürner, *Friedrich II.*, Bd. II 23f. und ad indicem.

quoddam modicum castrum germani nostri[4)], quod dicitur Broccus[5)], iniuste detineat contra regiam iussionem[6)], unde gratum nobis existeret, si per vos ad illud reddendum posset induci, ut non vestrum solummodo commodum, sed etiam nostrum procuraretis honorem, liberationem tamen ipsius, qui propter hanc causam captus non fuit, nolumus impedire. Sed vobis utique credimus profuturum, si nobis curaveritis in hac parte deferre, ut nos propensius ad vestrum inducatis profectum, etiamsi conditionem ipsius oporteret vos propter hoc in aliquo facere meliorem, cum per divine miserationis auxilium potentes sumus[c)] vobis in maioribus respondere. Vos ergo [intellecto][d)] beneplacito nostro tamquam viri providi et fideles agatis, quod utile fuerit et honestum, necessariam adhibentes cautelam, ne circumveniri possitis, quia, quantum vobis valeat compositio inter vos et illum tractata sine nostro favore prodesse, vestra, sicut credimus, discretio non ignorat.

Datum Signie[e)], III Kal. Septembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

107 (104).

Innocenz III. kündigt dem Kaiser (Heinrich) von Konstantinopel (und allen Grafen, Baronen und Christgläubigen im Kaiserreich von Konstantinopel) die Ankunft des von ihm zum Besten der Kirche und des Reiches entsandten Legaten, des (Kardinal-)Bischofs Pelagius von Albano, an und fordert ihn (und die anderen Adressaten) auf, den Legaten ehrenvoll zu empfangen und auf ihn zu hören.

Segni, 1213 August 30.

Reg. Vat. 8, fol. 158^{r}–158^{v} ⟨Nr. 104 *bzw.* 107[a)]⟩.

Bosquet 628, Nr. 104 = Baluze II 798, Nr. 104 = Migne, PL, 216, 901, Nr. 104; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 449, Nr. 210. – Potth. Reg. 4802; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 185, Nr. 129, 130.

Illustri Constantinopolitano imperatori[1)].

Ipse[b)] summus angularis lapis Christus[c)] Iesus[c)], in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, ecclesie fundamentum et fundator existens inter cetera, quibus salutaria providit remedia populo Christiano ad consolidandam fidei unitatem, ut et unus pastor esset et unum ovile, sedem apostolicam totius Christianitatis capud instituit et magistram[2)], a qua sicut unguentum in capite, quod descendit in bar-

vgl. Mt 21, 42; Mc 12, 10; Lc 20, 17; Act 4, 11; 1Pt 2, 7
vgl. Eph 2, 20f
vgl. 1Cor 3, 11
vgl. Io 10, 16

[c)] *Bosquet, Migne:* simus. [d)] *So Bosquet und Migne.* [e)] *Darnach* VI *durchgestrichen.*

[4)] Richard Conti, Bruder Papst Innocenz' III., 1208 Graf der von Innocenz errichteten Grafschaft Sora im Grenzgebiet zwischen Kirchenstaat und Regno, gest. 1226. Vgl. Dykmans, *Innocent*, 21–27, 46–48 (3–9, 28–30); *DBI* 28 (1983) 466–468; Carocci, *Baroni*, 372f.; Thumser, *Rom*, 80–85.

[5)] Brocco, Broccostella (Prov. Frosinone), Burg nahe der Stadt Sora. Vgl. Maccarrone, *Famiglia*, 179 mit Anm. 1.

[6)] Die Übertragung der Grafschaft Sora an den Bruder des Papstes war formal mit dem Einverständnis des Königs von Sizilien erfolgt. Vgl. Maccarrone, *Famiglia*, 194f.; Lackner, *Verwaltung*, 180f.

107. [a)] *Korr. aus* 103. [b)] *Am Rande zwei kurze schräge Striche und auf fol. 158^{r} ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* [c–c)] *Bosquet, Migne:* Iesus Christus.

107. [1)] S. Br. XVI 7 Anm. 10.

[2)] S. Br. XVI 2 Anm. 5.

bam [Aaron][d, 3] et ad horam[e] etiam vestimenti, panis intellectus et vite ad alias procedat ecclesias cum doctrina fidei et aqua sapientie salutaris. Sane pastor ipsius et rector, cum ab eo plus Dominus exigat, cui plura committit, ut in talento sibi credito negotietur utiliter, portat onera gravia cum plenitudine potestatis, sic in uno loco personaliter residens, quod propter eventus plures et varios in spiritu per plura diffunditur et trahitur ad remota, quantoque magis potestas extenditur, tanto maiori sollicitudine occupatur. Verum ne inter curas continuas et pregrandes pro defectu imperfectionis humane deficeret, si solus consumendus inani labore ad suam sollicitudinem omnia revocaret, attendens, quod messi multe operarius unus non sufficit, multos sibi operarios et coadiutores adiungit, ac per eos exequitur, quod per se non potest personaliter adimplere. Porro expedit, ut cum fratribus onera partiatur, sic vices suas alii[f] committendo, ut intelligatur ipsemet[g] facere[h], quod per alios fieri decernit; illius instructus exemplo, qui discipulos suos in universum mundum ad predicandum direxit.

vgl. Ps 132, 2
vgl. Sir 15, 3
vgl. Lc 12, 48
vgl. Mt 25, 14–30; Lc 19, 12–27
vgl. Mt 9, 37f; Lc 10, 2
vgl. Mc 16, 15

Cum[i] igitur non solum neccessitas ecclesie, sed etiam utilitas Constantinopolitani imperii postularit illuc a latere nostro destinari legatum, nos ad exaltationem et commodum ecclesie pariter et imperii necnon persone tue specialiter intendentes, ut in missi persona mittentis notetur affectus, illum ad partes ipsas duximus destinandum, quem inter fratres nostros speciali diligimus caritate, videlicet venerabilem fratrem nostrum Pelagium, episcopum Albanensem[4], virum litteratum, providum et honestum, nobis et fratribus nostris carum admodum et acceptum. Ipsum igitur magnum ecclesie Dei membrum, immo personam nostram in ipso, benigne recipias et honeste pertractes, cui nos vices nostras commisimus, ut iuxta verbum propheticum evellat et destruat, edificet atque[j] plantet, que secundum Deum evellenda et destruenda necnon edificanda cognoverit et plantanda. Ipsius itaque salubribus monitis et consiliis reverenter intendas, de cuius circumspectione provida et providentia circumspecta plenam fiduciam obtinemus, quoniam * dirigente Domino gressus eius sic via regia curabit incedere, quod non declinabit ad[k] dexteram vel sinistram.

vgl. Ier 1, 10
* fol. 158v
Ps 36, 23; Prv 3, 6; 16, 9 u. ö.
vgl. Nm 21, 22; 20, 17; Dt 2, 27; 5, 32; 17, 11; Is 30, 21

Datum Signie, III Kal. Septembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

In[l] e(undem) fere m(odum) nobilibus viris comitibus, baronibus et universis Christi fidelibus sub Constantinopolitano imperio constitutis verbis competenter mutatis.

---

[d]) *So Bosquet und Migne.* [e]) *Bosquet, Migne:* oram. [f]) *Baluze, Migne:* aliis. [g]) *Migne:* ipsomet. [h]) *Bosquet:* faceret. [i]) *Davor eine Art Paragraphenzeichen.* [j]) *Bosquet, Migne:* et. [k]) *Migne:* ab. [l]) *Davor eine Art Paragraphenzeichen.*

[3]) Vgl. Imkamp, *Kirchenbild*, bes. 282–284. S. Br. VII 1 Bd. 7 S. 4 Z. 24f.

[4]) S. Br. XVI 11 Anm. 12. Er fungierte 1213–1215 als Legat im Kaiserreich Konstantinopel, ab 1218 als Legat Papst Honorius' III. für den Kreuzzug, 1228/1229 als Legat Papst Gregors IX. und Anführer päpstlicher Truppen beim Einfall in das Regno Kaiser Friedrichs II. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 166–169; Linehan, *Spanish Church*, ad indicem; Grasso, *Cardinale Pelagio d'Albano*.

108 (105).

Innocenz III. kündigt allen Erzbischöfen, Bischöfen, Äbten, Prioren und Prälaten im Kaiserreich von Konstantinopel die Ankunft seines Legaten, des (Kardinal-)Bischofs Pelagius von Albano, an und fordert sie auf, diesen ehrenvoll zu empfangen und seinen Mahnungen und Befehlen zu folgen, andernfalls er alle Urteile, die der Legat gegen Zuwiderhandelnde fällen wird, einhalten lassen wird.

Segni, 1213 August 30.

Reg. Vat. 8, fol. 158^{v} ⟨*Nr.* 105 *bzw.* 108[a)]⟩.
Bosquet 629, Nr. 105 = Baluze II 799, Nr. 105 = Migne, PL, 216, 902, Nr. 105; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 450, Nr. 211. – Potth. Reg. 4803; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 185, Nr. 131.

Universis archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis per Constantinopolitanum imperium constitutis.

Inconsutilis[b)] Domini tunica uni cessit in sortem, ut in ipsius ecclesia servaretur unitas illibata. Ad conservandum autem in ea misterium unitatis unum eidem, beatum Petrum videlicet, Dominus capud instituit et magistrum[1)], cui oves Christi dicente Domino ‹‹pasce oves[c)] meas›› sunt sine distinctione commisse alienis ab ovili Dominico reputatis, qui Petrum in suis successoribus non agnoscunt esse pastorem. Ab hac unitate Grecorum ecclesia quondam divertens et Petri magisterio se subducens exivit ovile Dominicum post gregem sodalium evagando et sic, que primo sanis affluebat doctrinis et pene magistra vocari poterat, propter tempus errorum postmodum circumfusa caligine cepit plurimum indigere rursus divini eloquii rudimenta[d)] mendicans. Sane patre luminum, a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, ipsam misericorditer illustrante ad Petri magisterium unitatem et devotionem videlicet Romane ecclesie salubriter est reducta et, cum in novam quodammodo infantiam sit renata, plenis eam lactare volentes uberibus ad reformationem ipsius opem et operam impendere nitimur efficacem. Et licet instantia nostra cotidiana sit omnium ecclesiarum sollicitudo continua, tanto tamen ad illam specialius aciem nostre provisionis extendere volumus, quanto plus reformationis officio indigere dinoscitur post errorem.

vgl. Io 19, 23

Io 21, 17

vgl. Iac 1, 17

Unde, quod in absentia[e)] possumus per nos ipsos et quod presentialiter non valemus, alterius presentia exequentes venerabilem[f)] fratrem nostrum P(elagium), Albanensem episcopum[2)], virum litteratum, providum[g)] et honestum[g)], quem inter fratres nostros speciali diligimus caritate, a latere nostro legatum in Constantinopolitanum imperium destinamus, pro certo credentes sic eum via regia incessurum, quod non declinabit ad dexteram vel sinistram, eique, de quo plenam fiduciam obtinemus, commisimus vices nostras, ut iuxta verbum propheticum evellat et destruat, edificet et plantet, que secundum Deum evellenda et destruenda necnon edificanda viderit et plantanda, plenaria sibi potestate concessa, ut absque contradictione cuiuslibet ea, que pertinent ad legationis officium, exequatur. Ipsum ergo legatum recipiatis[h)] benigne ac honeste tractetis, quia, cum nos recipiamur in ipso,

vgl. Nm 21, 22; 20, 17; Dt 2, 27; 5, 32; 17, 11; Is 30, 21

vgl. Ier 1, 10

---

108. [a)] *Korr. aus* 104. [b)] *Am Rande zwei kurze schräge Striche, ein senkrechter, z. T. gewellter Strich und:* de reduccione Grecor(um). [c)] *Migne:* ove. [d)] radimenta; rudimenta *bei Bosquet und Migne.* [e)] *Migne:* abstentia. [f)] *Davor eine Art Paragraphenzeichen.* [g–g)] *Durch Zeichen umgestellt aus* et honestu(m) p(ro)vidu(m). [h)] *Darnach irrtümlich wiederholt:* recipiatis.

108. [1)] S. Br. XVI 2 Anm. 5.
[2)] S. Br. XVI 11 Anm. 12 und 107 (104) Anm. 4.

in misso notabimus devotionis affectum, quem geritis ad mittentem, et ipsius monitis ac mandatis humiliter intendentes, que inter vos duxerit statuenda, tamquam devotionis filii studeatis reverenter admittere firmiterque servare, ac tales vos erga eum exhibere curetis, quod non solum eidem, sed etiam nobis esse possit acceptum; scientes, quod, cum ei plene legationis officium commiserimus, sententias, quas rite protulerit in rebelles, ratas haberi precipimus et inviolabiliter observari.

Datum Signie, III Kal. Septembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

109 (106).

Innocenz III. kündigt dem Fürsten G(otttfried) von Achaia (und den Fürsten, Grafen und Baronen [der Romania]) die Ankunft seines Legaten, des (Kardinal-)Bischofs Pelagius von Albano, an und fordert ihn (und die anderen Adressaten) auf, den Legaten ehrenvoll zu empfangen und auf ihn zu hören.

Segni, 1213 August 31.

Reg. Vat. 8, fol. 158^{v} ⟨*Nr.* 106 *bzw.* 109[a)]⟩.

Bosquet 630, Nr. 106 = Baluze II 799, Nr. 106 = Migne, PL, 216, 903, Nr. 106; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 451, Nr. 212. – Potth. Reg. 4804.

G(aufrido), principi Achagie[b, 1)].

Licet[c)] olim ecclesia Greca elongaverit se ab uberibus matris sue a capite membrum et pars a suo toto divertens, quia tamen per illius misericordiam, qui venit dragmam[d)]
vgl. Lc 15, 8–10 querere perditam et errantem ovem in deserto mundi huius propriis humeris reportavit
vgl. Lc 15, 4–6 ad caulam[e)], ad devotionem sancte[f)] Romane ecclesie, que instituente Domino mater est omnium et magistra[2)], salubriter est reducta, sedes apostolica maternos affectus non exuens ad reformationem ipsius tanto plus nititur[g)] impendere[g)] opem et operam efficacem, quanto plus reformationis officio indiget post errorem. Sane cum utilitas non solum spiritualis, sed etiam temporalis exigeret legatum a latere nostro in Greciam destinari, nos illum ad partes illas duximus destinandum, quem inter fratres nostros speciali diligimus caritate, videlicet venerabilem fratrem nostrum Pelagium, episcopum Albanensem[3)], virum litteratum, providum et honestum, nobis et fratribus nostris carum admodum et acceptum. Ipsum igitur magnum ecclesie Dei membrum, ymo personam nostram in ipso, benigne recipias et honeste pertractes, cui nos vices nostras commisimus, ut iuxta verbum propheticum
vgl. Ier 1, 10 evellat et destruat, edificet et plantet, que secundum Deum evellenda et destruenda necnon edificanda cognoverit et plantanda. Ipsius itaque salubribus monitis et mandatis reverenter intendas, de cuius circumspectione provida et providentia circumspecta plenam fiduciam

109. [a)] *Korr. aus* 105. [b)] *Bosquet, Migne:* Achaiae. [c)] *Am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich und:* de ead(em) reduccion(e) Grecor(um). [d)] *Bosquet, Migne:* drachmam. [e)] *Migne:* cautam. [f)] *Darnach* mat(ri)s a *durchgestrichen.* [g–g)] *Bosquet, Migne:* impendere nititur.

109. [1)] S. Br. XVI 101 (98) Anm. 15.
[2)] S. Br. XVI 2 Anm. 5.
[3)] S. Br. XVI 11 Anm. 12 und 107 (104) Anm. 4.

obtinemus, quoniam dirigente Domino gressus eius sic via regia curabit incedere, quod non declinabit ad dexteram vel sinistram. Ps 36, 23; Prv 3, 6; 16, 9 u. ö. vgl. Nm 21, 22; 20, 17; Dt 2, 27; 5, 32; 17, 11; Is 30, 21

Datum Signie, II Kal. Septembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

In[h)] e(undem) m(odum) scriptum est principibus, comitibus, baronibus[4)].

110 (107).

Innocenz III. sichert dem Landgrafen H(ermann) von Thüringen, der gegen die Absolution des Bischofs (Ekbert) von Bamberg durch den Erzbischof (Siegfried) von Mainz appelliert hat, die Wahrung seines Rechts zu, fordert ihn zur Übersendung eines Vertreters zur Verfolgung der Appellation auf und mahnt ihn, dem apostolischen Stuhl treu zu bleiben.

Segni, 1213 September 3.

Reg. Vat. 8, fol. 158^{v} ⟨*Nr.* 107 bzw. 100[a)]⟩.

Bosquet 631, Nr. 107 = Baluze II 800, Nr. 107 = Migne, PL, 216, 904, Nr. 107; Posse, Urkunden der Markgrafen von Meissen, I/3 139, Nr. 181. – Potth. Reg. 4805; Böhmer–Will, Regesten, II 157, Nr. 217; BFW 6153; Dobenecker, Regesta Thuringiae, II 288, Nr. 1567.

H(ermanno), lancravio Thoringie[1)].

Illa te obtentu tue devotionis et fidei, quas in arduis sumus rebus experti, caritatis sinceritate diligimus, ut non solum pro tuis, verum etiam pro aliorum negotiis preces tuas parati simus, quantum cum Deo et honestate possumus, exaudire, cum diligenter ad tuum aspiremus commodum et honorem. Sane quod a Bambergensi[b)] episcopo[2)] pro ecclesie devotione pertulisse diceris gravamina et iacturas[3)], eo nobis amplius est molestum, quo serviendo ecclesie a viro ecclesiastico non gravamen, sed premium nosceris meruisse. Cum ergo a venerabili fratre nostro Maguntino[c)] archiepiscopo, apostolice sedis legato[4)], qui super absolutione ipsius episcopi receperat[d)] scripta nostra[5)], duxeris appellandum et eodem

---

[h)] *Davor eine Art Paragraphenzeichen in roter Tinte.*

[4)] Gemeint sind wohl die übrigen Machthaber in der von den Lateinern eroberten Romania.

110. [a)] *Irrig (statt recte* 110*) korr. aus* 106. [b)] *Bosquet:* … Bambergen. [c)] *Bosquet:* … Maguntin. [d)] recep(er)it; receperat *bei Bosquet und Migne*.

110. [1)] S. Br. XVI 73 (70) Anm. 6.

[2)] Ekbert von Andechs-Meranien, B. von Bamberg 1203–1237. Als Bruder der Königin Gertrud von Ungarn und EB. Bertholds von Kalocsa war er ein Schwager des Königs Andreas, zu dem er, als er 1208 der Involvierung in den Mord an Philipp von Schwaben verdächtigt wurde, geflohen war. Vgl. Guttenberg, *Bistum Bamberg*, 164–170; *NDB* 4 (1959) 427f.; Sweeney, *Papal-Hungarian Relations*, 192f., 201f.; Schütz, *Andechs-Meranier*, 30–42; van Eickels, *Andechs-Meranier*, 149–153; *Andechs-Meranier in Franken* 386f. (Stammtafel); Gatz–Brodkorb, *Bischöfe*, 36–39; Schütte, *Philipp*, 449f.; Pflefka, *Bistum Bamberg*, 160f., 168–196.

[3)] Wohl in Folge der Annäherung B. Ekberts an Otto IV. 1212. Vgl. *BFW* 776a; Guttenberg, *Bistum Bamberg*, 165; Pflefka, *Bistum Bamberg*, 175; Wiegand, *Lantgrâve*, 45.

[4)] S. Br. XVI 18 Anm. 11.

[5)] Vgl. die Mitteilung Innocenz' III. an König Andreas II. von Ungarn im Br. XV 227 (225) vom 3. Februar 1213, dass er dem EB. von Mainz aufgetragen habe, sein Vorgehen gegen B. Ekbert einzustellen, dessen Fall zu untersuchen und dem Papst zu berichten.

appellationi tue humiliter deferente negotium ad nostrum sit delatum examen, iusticiam tuam tibi auctore Deo diligenter curabimus conservare. Tu ergo termino tibi et episcopo ipsi a prefato archiepiscopo prefigendo talem ad nostram presentiam dirigas responsalem, qui causam tuam agat fideliter et prudenter. Decetero nobilitatem tuam monemus attencius[c)] et[e)] hortamur, quatenus in nostra et apostolice sedis devotione firmus et stabilis perseveres, ut negotio, quod magnanimiter inchoatum est et maxima iam ex parte promotum, feliciter consumato de toleratis laboribus manipulos reportare valeas expectatos.

Datum Signie, III Non. Septembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

111 (108).

Innocenz III. antwortet dem mit der Kreuzzugspredigt beauftragten Domdekan K(onrad) von Speyer: Wer das Kreuz gegen die Häretiker in der Provence genommen hat, aber noch nicht aufgebrochen ist, soll veranlasst werden, stattdessen ins Heilige Land zu ziehen. Einsprüche der Ehefrauen können eine Kreuznahme nicht verhindern. Kreuzzugsgelübde von Frauen und anderen nicht Geeigneten können gemäß der Notwendigkeit geändert werden. Weiters gestattet er dem Domdekan und dem ihm als Kollegen beigestellten Abt (Daniel) von Schönau, Brandstifter und Gewalttäter gegen Kleriker, die das Kreuz nehmen wollen, zu absolvieren.

Segni, 1213 September 9.

Reg. Vat. 8, fol. 158^{v}–159^{r} ⟨Nr. 108 *bzw.* 111[a)]⟩.
Bosquet 631, Nr. 108 = Baluze II 800, Nr. 108 = Migne, PL, 216, 904, Nr. 108. – Potth. Reg. 4807.

C(onrado), decano Spirensi[1)].

vgl. Rm 11, 20
vgl. Ps 138, 16
vgl. Iac 1, 5
vgl. Sap 10, 21

Quod[b)] iuxta verbum Apostoli non videris altum[c)] sapere sed timere ac tuum cum propheta cognoscere imperfectum, et tamen confisus de illo, qui dans affluenter omnibus et non improperans balbutientium linguas facit esse dissertas, iniunctum tibi exhortationis officium et suscepisti humiliter et sollicite niteris adimplere, tuam[d)] nobis commendat

* fol. 159^{r}

prudentiam[e)] et, quod sis laudabiliter * in[f)] ipso negotio processurus[f)], fiduciam tribuit pleniorem. Tuis ergo consultationibus benignius intellectis de hiis, qui suscepto crucis signaculo proposuerunt contra hereticos in Prouintiam[2)] proficisci necdum suum fuerunt executi propositum, respondemus, ut tales ad assumendum itineris Ier(oso)limitani[g)] laborem sedulo inducantur, cum illum maioris meriti esse constet, ad quod, si forsan induci nequiverint, votum prosequi compellantur emissum. De illis vero, qui uxoribus reclamantibus volunt suscipere signum crucis, de quibus dubitas, an propter hoc eorum debeat propositum impediri, sic duximus respondendum, quod, cum rex celestis maior

[c–e]) *Bosquet, Migne:* atque.

111. [a]) *Korr. aus anderer Zahl (wohl* 107*).* [b]) *Am Rande:* De crucesignat(is). [c]) alium; altum *bei Bosquet und Migne (s. das Pauluszitat).* [d]) tua; tuam *bei Bosquet und Migne.* [e]) prudentia; prudentiam *bei Bosquet und Migne.* [f–f]) *Durch Zeichen umgestellt aus* p(ro)cessurus in ip(s)o nego(tio). *Davor* laudabilit(er) *wiederholt.* [g]) *Bosquet:* Hierosolymitan.*; so auch Migne.*

111. [1]) S. Br. XVI 28 Anm. 17.
[2]) Vgl. Br. XVI 28 Anm. 9.

sit rege terreno et constet, quod vocatos ad terreni regis exercitum uxorum non impedit contradictio, liquet[h)], quod ad summi regis exercitum invitatos et ad illum proficisci volentes predicta non debet occasio impedire, cum per hoc matrimoniale vinculum non solvatur, sed subtrahatur ad tempus cohabitatio coniugalis, quod in multis aliis casibus fieri frequenter oportet. Quid autem agendum sit de mulieribus et personis aliis, que crucis signaculum receperunt[i)] et ad prosequendum votum non sunt idonee vel potentes, ex generalibus litteris[3)] coniucitur[j)] manifeste, in quibus continetur expressum, ut regularibus personis exceptis suscipiant, quicumque voluerint, signum crucis, ita quod, cum urgens necessitas aut utilitas evidens postulaverit[k)], votum ipsum de mandato possit apostolico commutari aut redimi vel differri.

Quia vero .. collegam tuum[4)] ab hac luce Dominus evocavit, ..[l)] abbatem de Sconowia[5)] eidem iuxta petitionem tuam duximus subrogandum[6)] et, ut fructuosior valeat existere labor vester, tam tibi quam abbati predicto concedimus, ut incendiariis et hiis, qui manus temerarias in clericos aut alias personas ecclesiasticas iniecerunt[m)], volentibus[n)] suscipere signum crucis satisfactione passis iniuriam exhibita competenti auctoritate nostra libere absolutionis beneficium impendatis, nisi forsan aliquorum excessus adeo graves existerent et enormes, quod merito essent ad sedem apostolicam transmittendi[7)].

Datum Signie, V Idus Septembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

112 (109).

Innocenz III. bestätigt dem Domdekan (Konrad) und dem Domkapitel von Speyer auf Bitten des Königs F(riedrich) von Sizilien den Tausch zweier (Kanonissen-)Abteien (Eschwege und Kaufungen) in Thüringen mit dem Reich gegen die Abtei Weißenburg, soweit dieser rechtmäßig und freiwillig erfolgt ist und die Abteien nicht schädigt.

Segni, 1213 September 7.

[h)] *Darnach* ad *durchgestrichen.* [i)] *Bosquet, Migne:* susceperunt. [j)] *Über* -c- *ein kurzer Strich, vielleicht ein i-Strich; Bosquet:* conijcitur*; Migne:* conjicitur. [k)] *Bosquet, Migne:* postularit. [l)] *Fehlt bei Bosquet.* [m)] inieceri(n)t; iniecerunt *bei Bosquet und Migne; s. Br. XVI 114 (111) S. 220 Z. 20.* [n)] volentes; volentibus *bei Bosquet und Migne; s. ebd.*

[3)] S. Br. XVI 28 S. 56 Z. 23–28.

[4)] Wahrscheinlich der Dompropst von Augsburg, s. Br. XVI 28 Anm. 18. Zu den Äbten von Salem und Neuburg s. Br. XVI 24 Anm. 2 und 18 Anm. 13.

[5)] Daniel, Abt von Schönau (im Odenwald, Zist.-Abtei bei Heidelberg, Diöz. Worms, Lkr. Rhein-Neckar-Kreis, RB. Karlsruhe, Baden-Württemberg) 1209–1219, gest. vor 1221, zuvor Studium in Paris, Scholaster des Kollegiatstifts Kerpen (Diöz. Köln; vgl. Wendehorst–Benz, *Säkularkanonikerstifte*, 96), Domkanoniker von Köln und 1208 Prior von Heisterbach. Vgl. Krieger, *Topographisches Wörterbuch*, II 888; Pixton, *Anwerbung*, 172 mit Anm. 16; Brunsch, *Heisterbach*, 380; Caesarius von Heisterbach, Dialogus miraculorum, ed. Nösges–Schneider, V 2394 (Index).

[6)] Vgl. *Potth. Reg.* 4808; Balladore Pallieri–Vismara, *Acta pontificia*, 593, Nr. 257; 616, Nr. 423, nach Manrique, *Annalium tomus quartus*, 28, der aber vielleicht nur Br. XVI 111 (108) referiert.

[7)] S. Br. XVI 44 (42) Anm. 16. Zu den Brandstiftern vgl. *Decretum Gratiani* C. 23 q. 8 c. 31, 32 (Friedberg, *CorpIC*, I 964f.).

Reg. Vat. 8, fol. 159r ⟨*Nr.* 109 *bzw.* 112[a)]⟩.

*Bosquet 632, Nr. 109 = Baluze II 800, Nr. 109 = Migne, PL, 216, 905, Nr. 109; Huyskens, Klöster, 687, Nr. *3. – Potth. Reg. 4806; BFW 6154; Dobenecker, Regesta Thuringiae, II 228, Nr. 1569; Huyskens, Klöster, 9, Nr. *8.*

Decano[1)] et capitulo Spiren(sibus).

Iustis petentium desideriis et cetera usque complere. Accepimus sane, quod Spirensis ecclesia duo possidebat monasteria[2)] in Thuringia, quorum abbatissis Spirensis episcopus regalia porrigebat, et imperium abbatiam[b)] de Wizkenburch[3)] ad se in temporalibus pertinentem in Spirensi diocesi obtinebat, de quibus inter ipsum imperium et prefatam Spirensem ecclesiam commutatio facta proponitur de communi et libera voluntate, quam carissimus in Christo filius noster F(redericus), Sicilie rex illustris, in Romanum imperatorem electus[4)], obnixe petiit auctoritate apostolica confirmari. Eius igitur precibus inclinati commutationem ipsam, sicut sine pravitate provide facta est et ab utraque parte sponte recepta et in ipsarum abbatiarum dispendium non redundat, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino[c)] hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem[c)] et cetera usque incursurum.

Datum Signie, VII Idus Septembris, pontificatus[d)] nostri[d)] anno sextodecimo.

113 (110).

Innocenz III. ernennt den Erzbischof (Berard), einen Vertrauten des zum Kaiser gewählten Königs F(riedrich) von Sizilien, zum Erzbischof von Palermo und befiehlt dem Kardinallegaten G(regor) von S. Teodoro, das Domkapitel von Palermo, dem er befiehlt (und dem er dieses schreibt), dem Erzbischof zu gehorchen, nötigenfalls mit kirchlichen Strafen dazu zu zwingen.

Segni, 1213 September 10.

Reg. Vat. 8, fol. 159r ⟨*Nr.* 110 *bzw.* 113[a)]⟩.

Bosquet 633, Nr. 110 = Baluze II 801, Nr. 110 = Migne, PL, 216, 906, Nr. 110. – Potth. Reg. 4810; BFW 6155.

---

112. [a)] *Korr. aus* 108. [b)] abbatissam; abbatiam *bei Bosquet und Migne.* [c–c)] *Migne:* etc., confirmationis. [d–d)] *Fehlt bei Baluze und Migne.*

112. [1)] S. Br. XVI 28 Anm. 17.

[2)] St. Cyriak in Eschwege (Kanonissenstift, Diöz. Mainz, Werra-Meißner-Kreis, RB. Kassel, Hessen) und Kaufungen (Kanonissenstift, Diöz. Mainz, Lkr., RB. Kassel), die sich allerdings um 1230 (1233?) noch in der Hand des Speyrer Domkapitels befanden. Vgl. *MGH DD H. IV.* Bd. I 354, Nr. 277; Bd. II 509, Nr 384; 629, Nr. 466, bes. 630 Z. 10; Huyskens, *Klöster*, 8, Nr. *7; 10, Nr. *9; Huck, *Eschwege*, 166f., 169f.; Brödner, *Kaufungen*, 715, 717; Ehlers, *Metropolis*, 213–219.

[3)] Weißenburg, Ben.-Abtei, Diöz Speyer (ht. Straßburg), Cant. Wissembourg, Arr. Haguenau-Wissembourg, Dép. Bas-Rhin. Der Tausch scheint nicht wirksam geworden zu sein. Vgl. Doll–Ammerich, *Palatia Sacra*, I/2 161–174, bes. 168f.; 208f.; Bornert, *Wissembourg*, 411f., 514–516.

[4)] Friedrich II., König von Sizilien 1198, römisch-deutscher König 1211, Kaiser 1220; gest. 1250.

113. [a)] *Korr. aus* 109.

G(regorio), sancti Theodori diacono cardinali, apostolice sedis legato[1].

Grave gerimus et indignum, quod, cum iam multociens mandaverimus per te Panormitane ecclesie in pastorem de persona idonea provideri[2], sicut accepimus, mandatum nostrum nondum extitit effectui mancipatum. Nolentes igitur eiusdem ecclesie provisionem ulterius prorogari, si forte nondum est illi de pastore provisum, venerabilem fratrem nostrum Barensem[b] archiepiscopum[3], virum, sicut experimento cognovimus, providum et honestum ac nobis et carissimo in Christo filio nostro F(rederico), illustri regi Sicilie in Romanorum[c] imperatorem electo[d, 4], devotum pariter et fidelem, eidem ecclesie concedimus in pastorem, capitulo eiusdem ecclesie nostris dantes litteris in preceptis, ut eidem tamquam pastori suo intendant humiliter et devote. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus preceptum nostrum sublato cuiuslibet contradittionis et appellationis obstaculo facias effectui mancipari; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Datum Signie, IIII Idus Septembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

Scriptum[e] est super hoc capitulo Panormitano.

114 (111).

Innocenz III. gestattet dem Bischof (Konrad) von Regensburg, sich bei der Kreuzzugspredigt nötigenfalls durch geeignete Personen vertreten zu lassen und die Zahl seiner und deren Begleiter nach eigenem Ermessen festzusetzen, doch sollen sie zur Predigt die Bevölkerung mehrerer Pfarren zusammenrufen, um die Leistung der Prokurationen auf deren geistliche Obrigkeiten aufzuteilen; weiters, Brandstifter und Gewalttäter gegen Kleriker, die das Kreuz nehmen wollen, zu absolvieren und gegen Schädiger der Regensburger Kirche während der Abwesenheit des Bischofs ungeachtet ihrer Diözesanzugehörigkeit mit kirchlichen Strafen vorzugehen.

Segni, 1213 September 10.

Reg. Vat. 8, fol. 159r ⟨*Nr.* 111 *bzw.* 114[a]⟩.
Bosquet 633, Nr. 111 = Baluze II 801, Nr. 111 = Migne, PL, 216, 906, Nr. 111. – Potth. Reg. 4809.

---

[b] *Bosquet:* … Baren. [c] *Baluze, Migne:* Romanum. [d] electu(m); electo *bei Bosquet und Migne.* [e] *Davor eine Art Paragraphenzeichen.*

113. [1] Gregor von Galgano, KD. von S. Teodoro 1206, KP. von S. Anastasia 1216–1224; 1207–1213 als päpstlicher Legat im Regno. Vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 151–153; ders., *Kardinalskollegium*, 151f., Nr. 14; Neumann, *Parteibildungen*, 246–250 und ad indicem; *DBI* 59 (2002) 265f.

[2] Br. XV 43 a pari vom 10. Mai 1212: Nach der Absetzung des Elekten Parisius, eines Kandidaten König Friedrichs, sollte der Legat, falls das Domkapitel innerhalb von 30 Tagen keinen Erzbischof wählte, selbst einen bestimmen.

[3] Zu Berard, EB. von Bari, s. Br. XVI 30 Anm. 55 und 58. Zur Einsetzung auch Stürner, *Friedrich II.,* Bd. I 192f.

[4] S. Br. XVI 112 (109) Anm. 4.

114. [a] *Korr. aus anderer Zahl (wohl* 110*).*

Episcopo Ratisponensi[1)].

vgl. Phil 4, 4
vgl. Eph 6, 10

Gaudemus in Domino et in virtutis eius potentia gloriamur, quod in commisso tibi negotio crucis Christi te laudabiliter diceris exercere ac bene divina cooperante gratia proficere in eodem, caritatem tuam monentes attentius et hortantes, quatenus superne retributionis intuitu illud pro[b)] Christi nomine calcatis[b)] cunctis difficultatibus taliter exequaris, ut cum illis, qui euntes ibant et flebant mittentes semina sua, exultationis manipulos valeas reportare. Quia vero propter diei malitiam evexionum[c)] numero, quem tibi taxavimus[2)], contentus esse non potes, utpote qui cum eo longe a civitate tua per duo miliaria, sicut tuis nobis insinuasti litteris, procedere non auderes, nos remedium, quod contra impedimentum huiusmodi tua providit discretio, approbantes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, ubi personaliter negotium exequi nequiveris memoratum, auctoritate nostra, prout ipse cogitasti, committas viris honestis et providis vices tuas; et quoniam de tue circumspectionis modestia fiduciam gerimus pleniorem, taxandi tam tibi quam illis evectionum numerum, quem secundum locorum et temporum qualitatem videris expedire, liberam tibi concedimus facultatem moderamine, quod ipse providisti circa eos, qui ministrabunt procurationes, cum res ita videbitur postulare, servato, ut videlicet duarum vel trium aut etiam plurium parrochiarum populis in unum ad audiendum verbum Domini convocatis eorum prelati simul, ubi singuli non suffecerint, expensas baiulis verbi Dei exhibeant moderatas. Concedimus etiam, ut incendiariis et hiis, qui manus temerarias in clericos aut alias personas ecclesiasticas iniecerunt, volentibus suscipere signum crucis satisfactione passis[d)] iniuriam exhibita competenti auctoritate nostra munus absolutionis impendas, nisi forsan aliquorum excessus adeo graves existerent et enormes, quod merito essent ad sedem apostolicam transmittendi[3)]. Ad hec omnes, qui te circa huiusmodi negotium occupato possessiones aut alia ecclesie tue bona temere presumpserint invadere vel turbare, in quacumque fuerint diocesi constituti, tibi liceat appellatione remota per districtionem ecclesiasticam cohercere.

vgl. Ps 125, 6

Taliter ergo in omnibus exhibere te studeas prudentem, sollicitum et modestum, quod per hoc crescas et nomine apud homines et merito apud Deum nosque fraternitatem tuam magis ac magis apostolica prosequamur gratia et favore.

Datum Signie, IIII Idus Septembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

115 (112).

Innocenz III. überträgt dem (Kardinal-)Bischof (Pelagius) von Albano, päpstlichem Legaten, die causa der Wahl bzw. Postulation von zwei Kandidaten für das Patriarchat von Konstantinopel gemäß dem Auftrag, den er diesbezüglich seinem Notar Magister Maximus, der von Venedig keine Überfahrt nach Konstantinopel erlangen konnte, erteilt hat.

Segni, 1213 September 18.

[b–b]) *Bosquet, Migne:* calcatis pro Christi nomine. [c]) *Bosquet, Migne:* evectionum. [d]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.*

114. [1]) S. Br. XVI 29 Anm. 14.
[2]) S. Br. XVI 29 a pari und ebd. S 62 Z. 13–18.
[3]) S. Br. XVI 44 (42) Anm. 16 und 111 (108) Anm. 7.

Reg. Vat. 8, fol. 159^{r}–159^{v} ⟨Nr. 112 *bzw.* 115[a)]⟩.

Bosquet 634, Nr. 112 = Baluze II 802, Nr. 112 = Migne, PL, 216, 907, Nr. 112. – Potth. Reg. 4811; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 185, Nr. 132; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 540, Nr. 4.

Albanensi episcopo, apostolice sedis legato[1)].

Cum[b)] causam super postulatione de venerabili fratre nostro .. Eracliensi[c)] archiepiscopo[2)] et electione de dilecto filio plebano[d)] sancti Pauli de Venetiis[3)] in Constantinopolitana ecclesia celebratis dilecto filio magistro Maximo, notario nostro[4)], duxerimus committendam[5)] et idem proficiscens usque Venetias in negotio pro parte processerit, quia tamen per Venetias * Constantinopol(im) transitum habere non potuit[6)], causam ipsam tue * fol. 159^{v}
fraternitati, de qua plene confidimus, duximus committendam per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus in eadem secundum formam comprehensam in litteris directis ad eundem magistrum appellatione remota procedas.

Tu denique, frater episcope, super te ipso et cetera.

Datum Signie, XIIII Kal. Octobris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

116 (113).

Innocenz III. teilt dem Prior (Guido) und dem Konvent von Camaldoli mit, dass er die von päpstlichen Delegaten vorgenommene Einsetzung des Priors S(amson) des Camaldulenserpriorats von Verona als Abt von Vangadizza, der die Abtei mit neuen Mönchen reformieren soll, bestätigt, und überträgt dem Prior von Camaldoli die disziplinäre Aufsicht über dieselbe, behält jedoch dem Papst, dem die Abtei unmittelbar untersteht, die Bestätigung der Wahl künftiger Äbte vor, die auch nicht ohne Rücksprache mit diesem abgesetzt werden dürfen. (Dem Bischof N[ikolaus] von Reggio [Emilia], dem Prior von S. Giorgio [in Braida] und dem Veroneser Domkanoniker und päpstlichem Subdiakon V[entura], denen er dasselbe mitteilt, trägt er auf, die bisherigen Mönche auf andere Klöster aufzuteilen, den neuen Abt in sein Amt einzuführen, ihm bei der Reform beizustehen und die Untergebenen des Klosters zu veranlassen, diesem seine Rechte zukommen zu lassen.)

Segni, 1213 September 25.

Reg. Vat. 8, fol. 159^{v} ⟨Nr. 113 *bzw.* 116[a)]⟩.

*Empfängerüberlieferung: Original Florenz, Archivio di Stato, Diplomatico, Spogli generali 53/2, Nr. 1264 (1); vgl. Baumgarten, Miscellanea, I *98, Nr. 17; Insert im Brief Honorius' III. vom 22. Juni 1217: AAV, Reg. Vat. 9, fol. 116^{r}–116^{v} (2); Reg.: Pressutti, Regesta Honorii III, Nr. 626.*

Bosquet 634, Nr. 113 = Baluze II 802, Nr. 113 = Migne, PL, 216, 908, Nr. 113. – Potth. Reg. 4814, 4816; Lasinio, Regesto di Camaldoli, III 76, Nr. 1528.

---

115. [a)] *Korr. aus* 111. [b)] *Am Rande:* De postulacion(e). [c)] *Bosquet:* Heraclien.*; so auch Migne.* [d)] *Bosquet:* … Plebano.

115. [1)] S. Br. XVI 11 Anm. 12 und 107 (104) Anm. 4.
[2)] S. Br. XVI 30 Anm. 21 und 97.
[3)] S. Br. XVI 94 (91) Anm. 4.
[4)] S. Br. XVI 19 Anm. 3.
[5)] Br. XV 156 vom 18. August 1212.
[6)] S. auch Br. XVI 94 (91) S. 194f.

116. [a)] *Korr. aus* 112.

Priori[1] **et conventui Camaldulen(sibus).**

Cum[b] dudum ad correctionem et reformationem monasterii de Vangaditia laborantes proficere non possemus, nec huiusmodi Babilon, quam studio multo curavimus, ad sanitatem ullatenus perveniret, quinymo eius computruissent adeo cicatrices, ut[c] earum fetor etiam laicos ad nauseam provocaret, demum attendentes ferro debere vulnera resecari, que fomentorum non sentiunt medicinam, venerabili fratri nostro N(icolao), Regin(ensi) episcopo tunc electo[2], et dilectis filiis .. priori sancti Georgii[3] et V(enture), subdiacono nostro, canonico, Veronensibus[4], dedimus in mandatis, ut tam E(nuerardum), quondam eiusdem loci abbatem[5], qui a regimine ipsius nostra fuerat auctoritate amotus, quam etiam monachos universos per alia monasteria collocantes virum aliquem religiosum bone opinionis et vite, sollicitum in spiritualibus et in temporalibus circumspectum monasterio preficerent antedicto, qui secum viris prudentibus et religiosis assumptis monasterium ipsum spiritualiter et temporaliter reformaret[6]. Qui mandatum apostolicum fideliter exequentes dilectum filium S(ansonem), domus vestre de Verona priorem[7], virum utique providum et honestum, ipsi monasterio prefecerunt iniungentes eidem, ut adminus duodecim viris idoneis de ordine vestro assumptis ad eius[d] reformationem intenderet sollicite ac prudenter, nobis nichilominus per suas litteras, quod fecerant, intimantes, ut eorum processus per approbationem nostram stabilitatem debitam sortiretur. Volentes igitur sic eiusdem monasterii reformationi ac statui providere, quod ex hoc iuri apostolice sedis, ad quam nullo medio pertinet[8], minime derogetur, de fratrum nostrorum consilio ipsum priorem concedentes dicto monasterio in abbatem liberam eiusdem monasterii correctionem et plenam tibi, fili prior, et successoribus tuis duximus committendam, ita tamen quod, qui pro tempore fuerit electus ibidem, Romano pontifici presentetur ab eo confirmationis et benedictionis gratiam recepturus, ad cuius amotionem, siquando propter excessus suos fuerit amovendus, inconsulto Romano pontifice nullatenus procedatur.

vgl. Ier 51, 9
vgl. Ps 37, 6

Datum Signie, VII Kal. Octobris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

---

[b]) *Am Rande:* De r(e)formatione. [c]) *Darnach* eam *durchgestrichen.* [d]) *Bosquet, Migne:* eiusdem*; s. die Empfängerüberlieferung.*

116. *Empfängerüberlieferung (kollationiert mit dem Digitalisat des Originals, https://www.archiviodigitale.icar.beniculturali.it/it/185/ricerca/detail/22347#viewer [1], und der Abschrift im Register Honorius' III. [2]):*

1: Priori – Camadulen(sibus)] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis .. priori et conventui Camaldulen(sibus) salutem et apostolicam benedictionem *1, 2.* 4: computruissent] compotruissent *1.* 11: et in] et *2.* 16: eius] eiusdem *1, 2* (-d[em] *nachgetragen); s. Anm. d.* 16: intenderet] intendet *2.*

116. [1]) S. Br. XVI 4 Anm. 2.
[2]) S. Br. XVI 15 Anm. 4.
[3]) S. Br. XVI 16 Anm. 2.
[4]) S. Br. XVI 16 Anm. 3.
[5]) S. Br. XVI 16 Anm. 6.
[6]) Br. XVI 16 vom 8. April 1213.
[7]) Samson, Prior des 1202 gegründeten Camaldulenser-Priorats S. Maria de Avesa in Verona (Camaldoli Veronese), 1206 auch der von den Vicentiner Scholaren den Camaldulensern übertragenen Kirche S. Vito in Vicenza, Abt von Vangadizza 1213–1217 (resigniert). Am 3. und 4. Oktober 1213 übertrug ihm der Prior von Camaldoli die Abtei Vangadizza: Lasinio, *Regesto di Camaldoli*, III 77, Nr. 1530. Vgl. Mittarelli–Costadoni, *Annales Camaldulenses*, IV 188f., 246f.; Br. IX 186 (188); Caby, *Érémitisme*, 106f. mit Anm. 15.
[8]) Vgl. Fabre–Duchesne, *Liber Censuum*, I 63b, II 244b.

In[e)] e(undem) fere m(odum) scriptum est Regin(ensi) episcopo, priori[f)] sancti Georgii et V(enture), subdiacono nostro, canonico, Veronensibus, verbis competenter mutatis usque nullatenus procedatur. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus monachos, qui adhuc in prefato monasterio commorantur, in aliis monasteriis recipi facientes in corporalem possessionem ipsius predictum inducatis abbatem et ad reformationem eiusdem oportunum impendentes sibi consilium et favorem faciatis ei de ipsius monasterii iusticiis ab eius fidelibus et subditis plenarie responderi; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Quodsi non omnes et cetera, tu, frater episcope, et cetera. Tu denique, frater episcope, super teipso et cetera.

Datum ut supra.

117 (114).

Innocenz III. beschwört den exkommunizierten Grafen Guid(o), sein nahendes Ende zu bedenken, umzukehren und insbesondere von allen Behelligungen der Camaldulenser, durch deren Bezirk er eine Straße errichten ließ, abzustehen; zu Letzterem sollen ihn nötigenfalls mit kirchlichen Strafen der Erzbischof (Lothar) von Pisa, der Bischof (Johannes) von Florenz und der Elekt (Martin) von Arezzo (, denen er dies schreibt,) zwingen.

Segni, 1213 September 20.

Reg. Vat. 8, fol. 159ʳ ⟨*Nr.* 114 *bzw.* 117[a)]⟩.

Empfängerüberlieferung: Original des a pari-Br. vom 24. September 1213: Florenz, Archivio di Stato, Diplomatico, Spogli generali 53/2, Nr. 1262; Dr.: Mittarelli–Costadoni, Annales Camaldulenses, IV, Anhang 323, Nr. 198; Reg.: Lasinio, Regesto di Camaldoli, III 75, Nr. 1527.

Bosquet 635, Nr. 114 = Baluze II 802, Nr. 114 = Migne, PL, 216, 909, Nr. 114. – Potth. Reg. 4812.

Nobili viro comiti Guid(oni)[1)] spiritum consilii sanioris.

Cum tuum in multis offenderis redemptorem et traditam tibi potestatem ab ipso multotiens contra eum presumpseris exercere, deberes saltem in vite vespera constitutus tue delicta corrigere iuventutis et Domini faciem in confessione oris et satisfactione operis taliter prevenire, ut in tremendi neccessitate iudicii ab ipso, qui reddet singulis secundum opera sua, posses indulgentie gratiam expectare. Tu vero, quod dolentes referimus, necdum vgl. Rm 2, 6

---

e) *Davor eine Art Paragraphenzeichen, rot.* f) *Bosquet:* … Priori.

117. a) *Korr. aus* 113.

117. *Empfängerüberlieferung (kollationiert mit dem Digitalisat des Originals des a pari-Briefs, https://www.archiviodigitale.icar.beniculturali.it/it/185/ricerca/detail/22344#viewer):*

24: Nobili – sanioris] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Pisano et .. episcopo Florentino et dilecto filio .. electo Aretino salutem et apostolicam benedictionem. 25: tuum] nobilis vir comes Guido suum.

117. 1) Graf Guido (III.) Guerra (1158–1214) aus der Dynastie der Grafen Guidi, Inhaber einer präsignorilen Herrschaft im Florentiner Contado mit der Basis von Besitzungen im Valdarno und Casentino, Anhänger (seit den 50er Jahren des 12. Jhs.) Kaiser Friedrichs I., dann Ottos IV., weswegen er latae sententiae exkommuniziert war. Vgl. *DBI* 61 (2003) 239–242; Coss, *Aristocracy*, bes. 144–149.

a via mala cohibes pedes tuos, sed quasi proprie salutis curam ac divini nominis timorem abieceris et amorem contempta Dei patientia, que, quantum in ipsa est, ad penitentiam te adducit, confusionem tibi thesaurizas et iram religiosos viros, quorum patrocinium tibi deberes beneficiis et obsequiis comparare, ut apud Dominum allegarent precibus causam tuam, in tue fame ac salutis dispendium affligendo.

Ecce enim, sicut multorum relatione didicimus, fratres Camaldulenses, qui seculi vanitatibus abdicatis mortificarunt cum vitiis et concupiscentiis membra sua crucifigentes
vgl. Gal 6, 14 sibi mundum cum Apostolo et se mundo, multipliciter opprimens et affligens nuper fecisti iuxta ipsorum heremum[2] quandam viam, per quam non solum armatos, sed etiam istriones cum mulierculis ire facis, cum accessus terminorum suorum mulieribus ab antiquo fuerit interdictus. Nuper quoque quosdam boves ipsorum eisdem fecisti violenter auferri nec eos, donec a quibusdam conversis eorum quandam quantitatem bladi recepisti pro illis, reddere voluisti[b], hiis et aliis modis eorum quietem per te ac tuos adeo inquietans, ut nisi aliter provideatur eisdem, suis ordinis instituta nequeant observare.

Volentes igitur et eorum tranquillitati et tue saluti [pariter][c] providere, nobilitatem tuam monemus, rogamus et exhortamur in Domino in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus brevitatem considerans vite tue, que, cum iam senilem perveneris[d]
vgl. Hbr 8, 13 ad etatem, omne autem, quod antiquatur et senescit, prope interitum esse constet, pro-
127. [a)] *Korr. aus* 122. [b)] *Am Rande zwei kurze schräge Striche. Auf fol. 161r längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.*

127. [1)] Sachsen, womit hier vielleicht eher der Norden des römisch-deutschen Reichs als das Herzogtum gemeint ist.

ut ibi multiplicentur remedia, ubi morborum diversitas invalescit. Sane[c] ad vestram dudum[d] credimus noticiam pervenisse, quod Dominus noster, qui neminem vult perire, sed omnes ad agnitionem pertingere veritatis, calciamentum[e] suum in Liuoniam[2] miseratus extendit, ad partes illas novos apostolos dirigendo, per quos populus, qui usque nunc ambulabat in tenebris, cerneret lucem magnam ortam ambulantibus in medio umbre mortis. Inter ceteros autem, per quos in gentibus illis revelavit Dominus brachium sanctum suum, ut viderent salutare Domini Dei sui, venerabilis frater noster Estiensis episcopus[3] plurimum laborasse dinoscitur et divina cooperante gratia profecisse, qui, quamquam sibi liceat eorum carnalia metere, quibus spiritualia seminat, cum os bovis * alligari non debeat triturantis et Dominus[f] hiis, qui annuntiant Evangelium, de Evangelio vivere ordinavit[g], quia tamen, cum sit [ne]ophitorum[h] episcopus, hac uti metuit potestate, ne quod offendiculum det[i] Evangelio Christi, eundem sine baculo atque pera portantem coram regibus et gentibus nomen Dei universitati vestre duximus propensius commendandum caritatem vestram monentes ac[j] obsecr[an]tes[k] in Domino atque in remissionem peccaminum[l] vobis[l] iniungentes, quatenus ipsum tamquam Iesu Christi legatum recipiatis benigne ac sincera tractetis[m] in Domino caritate suam et coadiutorum eius in Evangelio habundantia[n] vestra in hoc presenti tempore supplentes inopiam[o], ut et illorum habundantia[p] vestre[q] sit supplementum inopie in futuro.

vgl. 2Pt 3, 9
vgl. 1Tim 2, 4
vgl. Ps 59, 10; 107, 10
vgl. Is 9, 2; Mt 4, 16
vgl. Is 53, 1; Io 12, 38
vgl. Ps 97, 3
vgl. 1Cor 9, 11
* fol. 161v
vgl. Dt 25, 4; 1Cor 9, 9; 1Tim 5, 18
vgl. 1Cor 9, 14
vgl. 1Cor 9, 12
vgl. Lc 22, 35
vgl. Act 9, 15
vgl. 2Cor 8, 14

Datum Laterani, III Kal. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

128 (125).

Innocenz III. nimmt den Bischof (Otto) von Münster, der den Bischof (Dietrich) von Estland bei der Mission predigend unterstützen will, und seine Kirche (und ebenso die Bischöfe [Iso] von Verden und [Bernhard] von Paderborn) in den päpstlichen Schutz.

Lateran, 1213 Oktober 30.

Reg. Vat. 8, fol. 161v ⟨*Nr.* 125 *bzw.* 127[a]⟩.

Bosquet 644, Nr. 125 = Baluze II 808, Nr. 125 = Migne, PL, 216, 920, Nr. 125 (CXVV [!]); Seibold, Livland, 103, Nr. 32; Mindermann, UB Verden, I 261, Nr. 231. – Potth. Reg. 4832, 4832; BFW 6159; Hildebrand, Livonica, 16; Finke, PU Westfalens, 112, Nr. 236; Bunge–Arbusow–Benninghoven, Urkundenregesten, 14, Nr. 61–63.*

---

[c]) *Davor ein Paragraphenzeichen eingefügt.* [d]) *Migne:* domum. [e]) *Bosquet, Migne:* calceamentum. [f]) dnis *bzw. ein Mittelschaft zuviel*; Dominus *bei Bosquet und Migne.* [g]) *Bosquet, Migne:* ordinarit. [h]) ne- *nicht mehr sichtbar; so Bosquet und Migne.* [i]) *Migne:* de. [j]) *Bosquet, Migne:* et. [k]) -an- *nicht mehr sichtbar*. [l–l]) *Bosquet, Migne:* vobis peccaminum. [m]) tractatis; *so auch Migne;* tractetis *bei Bosquet und Baluze.* [n]) *Baluze, Migne:* ex abundantia. [o]) *Migne:* inopia. [p]) habu(n)dantia(m); abundantia *bei Bosquet und Migne.* [q]) *Migne:* vestra.

[2]) Als Livland wurden die baltischen Länder vom Gebiet beiderseits der unteren Düna (Daugava) einschließlich Kurlands bis zum Finnischen Meerbusen bezeichnet. Vgl. *LMA* 5 (1991) 2046; *Prier et combattre* 351f.; Tamm, *Inventing Livonia*, bes. 192–196. Zur Missionierung ab dem späten 12. Jh. vgl. *Inizi del cristianesimo*; Bombi, *Novella plantatio fidei*, 57–171.

[3]) S. Br. XVI 126 (123) Anm. 5.

128. [a]) *Korr. aus* 123.

Episcopo Monasteriensi[1)]**.**

vgl. 2Pt 3, 9
vgl. 1Tim 2, 4
vgl. Mt 20, 1. 7; 21, 28; 24, 45
vgl. Act 9, 15
vgl. Lc 1, 77
vgl. 2Tim 4, 5
vgl. Ps 125, 6

Ab[b)] eo, qui neminem vult perire, sed ut omnes ad agnitionem perveniant veritatis, tibi esse audivimus et credimus inspiratum, ut venerabili fratri nostro Estiensi episcopo[2)], qui sicut servus fidelis et prudens in Domini vinea fideliter operatur, cooperator accedens cum eo portare proposueris coram gentibus et regibus nomen Dei et dare salutis scienciam plebi sue. Nos igitur tuum pium propositum dignis in Domino laudibus commendantes fraternitatem tuam monemus attentius et hortamur[c)], quatenus accensus zelo fidei Christiane ac sperans, quod, qui affectum tibi dedit, adiciet et effectum, evangeliste aggrediaris opus et officium confidenter, ut cum illis, qui euntes ibant et flebant mittentes semina sua, exultationis manipulos valeas reportare. Ut autem predicationis officium valeas liberius exercere, statuimus, ut te huiusmodi pietatis operi mancipato ecclesia et persona tua cum omnibus bonis suis sub apostolice sedis protectione consistant.

Tu denique, frater episcope, super te ipso et cetera.

Datum Laterani, III Kal. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

In[d)] e(odem) m(odo) scriptum est episcopo Verdensi[3)].

In[e)] e(odem) m(odo) scriptum est episcopo Paldeburnensi[4)].

129 (126).

Innocenz III. trägt den kirchlichen Oberen in Sachsen auf, auf Aufforderung des Bischofs (Dietrich) von Estland je zwei oder wenigstens einen ihrer Mitbrüder zur Unterstützung der Mission in Livland zu entsenden.

Lateran, 1213 Oktober 30.

Reg. Vat. 8, fol. 161^{v} ⟨*Nr.* 126 *bzw.* 128[a)]⟩.

Bosquet 645, Nr. 126 = Baluze II 808, Nr. 126 = Migne, PL, 216, 920, Nr. 126; Seibold, Livland, 106, Nr. 33; Mindermann, UB Verden, I 262, Nr. 232. – Potth. Reg. 4833; Hildebrand, Livonica, 16; Bunge–Arbusow–Benninghoven, Urkundenregesten, 14, Nr. 64.

Abbatibus, archidiaconis, decanis, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis per Saxoniam[1)] **constitutis.**

vgl. 2Pt 3, 9
vgl. 1Tim 2, 4

Ad vestram iamdudum noticiam credimus pervenisse, quod Dominus noster, qui neminem vult perire, sed, ut omnes ad agnitionem perveniant veritatis, ad partes Liuonie[2)]

[b)] *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter Strich.* [c)] *Undeutlich* hoc. [d)] *Davor ein Paragraphenzeichen, mit rotem Schaft hervorgehoben.* [e)] *Davor ein Paragraphenzeichen, mit rotem Schaft hervorgehoben.*

128. [1)] Otto von Oldenburg, B. von Münster (Suffr. von Köln) 1203/1204–1218. Vgl. Gatz–Brodkorb, *Bischöfe*, 465; Kohl, *Münster*, 1/3 263–281, bes. 276.

[2)] S. Br. XVI 126 (123) Anm. 5.

[3)] Iso von Wölpe, B. von Verden (Suffr. von Mainz) 1205–1231. Vgl. Gatz–Brodkorb, *Bischöfe*, 837; Hucker, *Otto IV.*, 450f., Nr. 99; Vogtherr, *Iso*, bes. 42–44 zu seinem Aufenthalt in Livland.

[4)] Bernhard (III.) von Oesede, B. von Paderborn (Suffr. von Mainz) 1204–1223. Vgl. Gatz–Brodkorb, *Bischöfe*, 538f.; Brandt–Hengst, *Bischöfe*, 114–116; Hucker, *Otto IV.*, 444, Nr. 90.

129. [a)] *Korr. aus* 124.

129. [1)] S. Br. XVI 127 (124) Anm. 1.

[2)] S. Br. XVI 127 (124) Anm. 2.

calciamentum[b)] suum miseratus extendit et nonnullos gentilitatis tenebris obvolutos ab eis ostensa sibi luce magna, que ipse est, misericorditer liberavit. Cum autem venerabilis frater noster Estiensis episcopus[3)], qui predicando in iamdictis partibus verbum Dei multum laboravit in Evangelio et divina gratia cooperante profecit, animo indefesso desideret portare coram gentibus et regibus verbum Dei et ad messem, que multa est, sufficere operarii pauci non possint, universitatem vestram monemus in Domino per[c)] apostolica vobis scripta mandantes, quatenus, cum idem episcopus aliquos de fratribus vestris ad huiusmodi ministerium utiles et ydoneos a vobis duxerit exigendos, sibi duos aut saltem unum de vestris collegiis singuli concedatis[4)], ut cooperantibus ipsis currat velociter sermo eius, qui emittit eloquium suum terre.

vgl. Ps 59, 10; 107, 10
vgl. Mt 4, 16
vgl. Phil 4, 3
vgl. Act 9, 15
Mt 9, 37; Lc 10, 2
vgl 2Cor 3, 6; 2Tim 2, 2
vgl. 2Th 3, 1
vgl. Ps 147, 15

Vos denique, filii abbates, super vobis ipsis et[d)] cetera[d)].

Datum Laterani, III Kal. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

130 (127).

Innocenz III. gestattet dem Bischof (Dietrich) von Estland, den die Bischöfe (Bernhard) von Paderborn, (Ivo) von Verden, (Philipp) von Ratzeburg und (Albert) von Riga geweiht haben, die Ausübung seines Amts.

Lateran, 1213 Oktober 31.

Reg. Vat. 8, fol. 161r ⟨*Nr.* 127 *bzw.* 129[a)]⟩.

Bosquet 645, Nr. 127 = Baluze II 809, Nr. 127 = Migne, PL, 216, 921, Nr. 127; Seibold, Livland, 108, Nr. 34; Mindermann, UB Verden, I 263, Nr. 233. – Potth. Reg. 4834; BFW 6160; Hildebrand, Livonica, 16; Bunge–Arbusow–Benninghoven, Urkundenregesten, 14, Nr. 65.

Episcopo Estiensi[1)].

Commissi nobis officii sollicitudo deposcit, ut hiis, que ad divini cultus ampliationem pertinere noscuntur, favorem studeamus benevolum impertiri. Cum ergo venerabiles [fratres][b)] nostri Paldeburnensis[c, 2)], Verdensis[3)], Raskeburgensis[d, 4)] et Rigensis[5)] episcopi te in episcopum Estiensis provintie duxerint ordinandum[6)], sicut ex litteris accepimus eorundem, nos, quod super hoc ab ipsis provide atque canonice factum est, ratum habentes et gratum, presentium tibi auctoritate concedimus, ut in ea libere officium exerceas pastorale.

Datum Laterani, II Kal. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

---

b) *Bosquet, Migne:* calceamentum. c) *Fehlt bei Migne.* d–d) *Fehlt bei Bosquet und Migne.*

3) S. Br. XVI 126 (123) Anm. 5.
4) Vgl. Elm, *Cultores*, 144f.

130. a) *Korr. aus* 125. b) *So Bosquet und Migne.* c) *Bosquet:* Padeburnen.*; so auch Migne.* d) *Bosquet:* Ralkeburgen.

130. 1) S. Br. XVI 126 (123) Anm. 5.
2) S. Br. XVI 128 (125) Anm. 4.
3) S. Br. XVI 128 (125) Anm. 3.
4) Philipp, B. von Ratzeburg (Suffr. von Bremen) 1204–1215. Vgl. Gatz–Brodkorb, *Bischöfe*, 604. Zu seiner Tätigkeit in Livland ab 1211 vgl. Benninghoven, *Schwertbrüder*, 517 (Index).
5) S. Br. XVI 122 (119) Anm. 4.
6) Im Frühjahr 1211. Vgl. Benninghoven, *Schwertbrüder*, 116f.; Švābe, *Fontes historiae Latviae*, 43, Nr. 58; 45, Nr. 61.

131 (128).

Innocenz III. befiehlt den Schwertbrüdern in Livland, den Bischof D(ietrich) von Estland und seine Helfer bei der Mission zu unterstützen, statt sie um des eigenen Gewinns willen zu behindern, um sich nicht ihrer Privilegien unwürdig zu erweisen und die päpstliche Gunst zu verlieren.

Lateran, 1213 Oktober 31.

Reg. Vat. 8, fol. 161^{v} ⟨*Nr.* 128 *bzw.* 130[a)]⟩.

Bosquet 646, Nr. 128 = Baluze II 809, Nr. 128 = Migne, PL, 216, 921, Nr. 128; Švābe, Fontes historiae Latviae, 60, Nr. 76; Seibold, Livland, 110, Nr. 35. – Potth. Reg. 4835; BFW 6161; Hildebrand, Livonica, 16; Finke, PU Westfalens, 113, Nr. 237: Bunge–Arbusow–Benninghoven, Urkundenregesten, 15, Nr. 66.

Dilectis filiis militibus Christi in Liuonia[1)]**.**

vgl. Act 4, 32 vgl. Tit 2, 12 vgl. Phil 1, 24 vgl. Eph 4, 3 vgl. 2Cor 6, 4 vgl. Phil 2, 15 vgl. 2Cor 9, 2 vgl. Eph 6, 15 vgl. Phil 4, 3 vgl. Is 5, 8 vgl. Phil 3, 7 vgl. 1Cor 9, 12 vgl. Rm 14, 17

Etsi[b)] cunctis fidelibus cor unum in Domino et anima debeat esse una, specialiter tamen hii, qui secularibus desideriis abnegatis in medio nationis habitant infidelis putantes necessarium in carne manere solummodo propter fratres, servare debent spiritus unitatem, ut se tamquam Dei ministros inreprehensibiles omnibus exhibentes ac lucentes sicut luminaria inter eos ipsos ad emulationem fidei valeant provocare. Noveritis[c)] autem ad nostram audientiam pervenisse, quod, [cum][d)] venerabiles fratres nostri Paldeburnensis[e, 2)], Verdensis[3)] et Raskeburnensis[f, 4)] episcopi T(heodericum), quondam Montis sancti Nicolai abbatem, qui calciatus pedes in propagationem[g)] Evangelii pacis infidelium multitudinem ad fidem Domino cooperante convertit, in episcopum Estiensis provincie[5)], que per Dei gratiam iam pro magna parte conversa est, auctoritate nostra duxerint ordinandum[6)], vos eidem in Evangelio laboranti non solum vestrum denegatis auxilium, sed etiam impedimenta paratis, nisi vobis certam concedat in eadem provincia portionem, non tam solliciti propagare[h)] nomen fidei Christiane, quam coniungere domum ad domum et agrum agro usque ad loci terminum copulare, quasi soli habitare[i)] in terre medio debeatis. Preterea, cum quosdam receperitis obsides ipsi episcopo presentandos, ipsos sibi presentare postmodum renuistis temporale lucrum ex eorum retentione captantes, qui lucra huiusmodi detrimenta deberetis credere propter Christum, denique Christi Evangelio prebere offendiculum non timetis, dummodo vestras possitis possessiones et redditus ampliare. Ne igitur, qui Christi milites appellamini, militare probemini contra Christum, universitatem vestram monemus attentius et hortamur per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatenus attendentes, quod non est regnum Dei possessiones et ville, sed pax atque iusticia[j)] et gaudium in Spiritu sancto, extincto prorsus cupiditatis ardore prefato episcopo et aliis baiulis verbi Dei pro viribus impendatis consilium et auxilium oportunum ab eorum impedimento

---

131. [a)] *Korr. aus* 126. [b)] *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. Am Rande ein achtstrahliger, rotbrauner Stern, verblasst.* [c)] *Davor ein Paragraphenzeichen eingefügt.* [d)] *So Bosquet und Migne.* [e)] *Bosquet:* Padeburnen.*; so auch Migne.* [f)] *Baluze, Migne:* Raskeburgensis. [g)] *Bosquet, Migne:* praeparationem. [h)] *Am Rande ein Punkt.* [i)] *Am Rande ein Punkt.* [j)] -cia *vielleicht korr.*

131. [1)] S. Br. XVI 122 (119) Anm. 3.
[2)] S. Br. XVI 128 (125) Anm. 4.
[3)] S. Br. XVI 128 (125) Anm. 3.
[4)] S. Br. XVI 130 (127) Anm. 4.
[5)] S. Br. XVI 126 (123) Anm. 5. Vgl. Bombi, *Novella plantatio fidei*, 203–211.
[6)] S. Br. XVI 130 (127) Anm. 6. Vgl. Heinrici chronicon Livoniae (ed. Arbusow–Bauer) 92.

sic penitus abstinentes, quod de vobis ad aures nostras clamores huiusmodi decetero non ascendant, ne, si secus duxeritis faciendum, concessis vobis a sede apostolica privilegiis[7], ex quibus assumere dicimini audaciam excedendi, vos reddatis indignos, et a gratia, quam hactenus vobis exhibere curavimus, excidatis. vgl. Gn 18, 20f; Ex 2, 23 vgl. Gal 5, 4

Datum Laterani, II Kal. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

132 (129).

Innocenz III. trägt dem Bischof (Dietrich) von Estland auf, sich ohne speziellen päpstlichen Auftrag keinem Metropoliten zu unterstellen.

Lateran, 1213 November 2.

Reg. Vat. 8, fol. 161^{v} ⟨*Nr.* 129 bzw. 131[a)]⟩.

Bosquet 646, Nr. 129 = Baluze II 809, Nr. 129 = Migne, PL, 216, 922, Nr. 129; Seibold, Livland, 113, Nr. 36. – Potth. Reg. 4841; Hildebrand, Livonica, 16; Bunge–Arbusow–Benninghoven, Urkundenregesten, 15, Nr. 67.

Episcopo Estiensi[1)].

Cum in memoria hominum non existat, quod Estiensis provintia cuiquam fuerit metropolitico iure subiecta, presentium tibi auctoritate mandamus, ne cuiquam tamquam metropolitano respondeas absque mandato sedis apostolice speciali.

Tu denique, frater episcope, super te ipso et cetera.

Datum Laterani, IIII Non. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

133 (130).

Innocenz III. begrüßt die Botschaft und die Bitten des Königs Johann von England, zeigt sich Letzteren in Erwartung der Rückkehr des Königs in den Gehorsam des apostolischen Stuhls geneigt und ermahnt ihn zur Respektierung der Freiheit der englischen Kirche und zum friedlichen Umgang mit dem englischen Episkopat, da er sich in kirchlichen Belangen an den Papst wenden kann. Über die Antwort des Papstes auf den Wunsch des Königs, dass die Exkommunikation über ihn und das Interdikt über seine Kapelle nur auf explizite päpstliche Anordnung zu verhängen sein sollen, und andere Betreffe werden die königlichen Boten mündlich berichten.

Lateran, 1213 November 4.

Reg. Vat. 8, fol. 161^{v}–162^{r} ⟨*Nr.* 130 *bzw.* 132⟩.

Bosquet 647, Nr. 130 = Baluze II 809, Nr. 130 = Migne, PL, 216, 922, Nr. 130; Cheney–Semple, Selected Letters, 168, Nr. 63. – Potth. Reg. 4842; Cheney, Calendar, 940.

---

[7]) Vielleicht ist Br. XIII 140 (142), der vom Papst bestätigte Vergleich mit dem Bischof von Riga von 1210, gemeint.

132. [a]) *Korr. aus* 127.

132. [1]) S. Br. XVI 126 (123) Anm. 5.

Ioh(ann)i, illustri Anglorum regi[1].

* fol. 162r * [S]icut[a] in archa federis Domini cum tabulis testamenti virga continebatur et manna, sic in pectore summi pontificis cum scientia legis divine rigor districtionis et favor dulcedinis continentur[b]. Unde semper hanc consuevit moderantiam observare, ut verbera patris et ubera matris habens sic in rebelles et induratos severitatem exerceat, quod benignitatem exhibeat erga humiles et correctos eius exemplo, qui vinum supereffundit[c] et oleum vulneribus sauciati[2]. Gaudemus autem in Domino et in potentia virtutis ipsius, quod adeo tibi nostra medicamina profecerunt, ut tua per illa sanasse vulnera videamur; et qui medico fuisti molestus, cum asperitatem medicaminis sentiebas, iam gratus existis, ex quo percepisti gratiam sanitatis, plane gratus, quia, ut perfecte satisfaceres de commissis, te ipsum et tua Deo et ecclesie obtulisti[3]. Et ecce, qui te iam quasi deiecerat, subito te erexit humiliando sublimem et humilem sublimando, quin etiam adeo te firmavit super illam petram stabiliens pedes tuos, de qua ipsa Veritas inquit ad Petrum: ‹‹Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non prevalebunt adversus eam››, quod, si non retraxeris pedes ab illa nullum oportebit te casum aliquatenus formidare. Venientes[d] igitur ad apostolicam sedem venerabilem fratrem nostrum I(ohannem), Norwicensem episcopum[4], et dilectos filios H(ugonem), abbatem Belliloci[e, 5], fratrem A(lanum) Martel[6] et nobiles viros H(ugonem) de Boua[7] et P(etrum) de Maulay[8], nuntios tuos, paterna benignitate suscepimus et petitiones tuas per ipsos nobis prudenter expositas, quantum cum honestate potuimus, curavimus exaudire firmum gerentes in[f] voto[f] propositum ea semper efficere, que ad tuum commodum et honorem debeant provenire[g], cum pro certo speremus, quod et tu in devotione ac obedientia sacrosancte Romane ecclesie matris tue non solum persistere sed et proficere pura intentione studebis, quod utique tibi et spiritualiter et temporaliter ad magnum proficiet incrementum.

vgl. Hbr 9, 4 vgl. Lc 10, 34 vgl. Phil 4, 4 vgl. Eph 6, 10 vgl. Ez 21, 26 Mt 16, 18

Serenitatem itaque regiam rogamus attentius et monemus, quatenus sanctam ecclesiam, sponsam Christi, semper in regno tuo studeas honorare faciens eam debita libertate

---

133. a) *Die Initiale fehlt.* b) *Baluze, Migne:* continetur. c) *Bosquet, Migne:* superinfundit. d) *Davor ein Paragraphenzeichen eingefügt.* e) -i- *korr. aus* -o-. *Bei Baluze und Migne folgt:* et. f–f) *Baluze:* in vito*; Migne:* invito. g) *Bosquet, Migne:* pervenire.

133. 1) S. Br. XVI 41 Anm. 15.

2) Zur Kombination der Bibelstellen vgl. Egger, *4183 Briefe*, 72–74.

3) S. Br. XVI 80 (77).

4) S. Br. XVI 80 (77) Anm. 10.

5) Hugo, Abt von Beaulieu (Zist.-Abtei, Diöz. Winchester, Hampshire) 1203–(vor) 1218 (abgesetzt), B. von Carlisle (Suffr. von York) 1218–1223. Vgl. Knowles–Brooke–London, *Heads of Religious Houses*, 126, 270; Le Neve–Greenway, *Fasti*, II 20; Smith, *EEA XXX: Carlisle 1133–1292*, XXXVIIIf.; Shaw, *Cistercian Abbots*, 236f.; Knowles–Hadcock, *Medieval Religious Houses*, 112, 115; Turner, *King John*, 148; Hockey, *Beaulieu*, 12–26; *ODNB* online (2008).

6) Der Templer Fr. Alanus Martel, öfters im Dienst des Königs von England aktiv, Meister der Templer in England 1218–1228. Vgl. Cheney–Semple, *Selected Letters*, Nr. 45, S. 130, Anm. f; S. 131, Anm. 3; Parker, *Knights Templars*, 125; Bulst-Thiele, *Templer*, 297f.

7) Hugo von Boves, Adeliger aus der Nähe von Amiens, überwarf sich mit König Philipp II. von Frankreich, seit spätestens 1210 als Söldnerführer, Gesandter und Rat, oft an der Seite Graf Rainalds von Boulogne (s. Br. XVI 79 [76] Anm. 3), für König Johann tätig, gest. 1215. Vgl. Janvier, *Boves*, 75–77, 88–96; Cartellieri, *Philipp II. August*, IV 702 (Index); Painter, *Reign*, 381 (Index); Longnon, *Compagnons*, 123–125; Slade, *Great Roll of the Pipe. Michaelmas 1210*, 17, 42.

8) Peter von Maulay, Ritter aus der Grenzregion zwischen Poitou und Touraine, bezeugt 1202, Rat und Ausführender veschiedener Aufträge König Johanns, gest. 1241. Vgl. Cheney–Semple, *Selected Letters*, 169, Anm. 5; Holt, *Northerners*, 266 (Index); *ODNB* 37 (2004) 425f.

gaudere, ut vere specialis ecclesie filius comproberis, quia tunc tibi regalis dignitas integra conservabitur, cum ecclesiasticam libertatem integram conservabis, diligenter attendens, quod principes illi pene penitus defecerunt, qui ecclesiasticam presumpserunt infringere libertatem, hii vero semper de bono profecerunt in melius, qui iura studuerunt ecclesiastica confovere. Illud[h)] autem tue regali prudentie consulimus ad cautelam, ut cum archiepiscopis et episcopis regni tui contentiose non agas, maxime super negotiis spiritualibus et ecclesiastico iure, cum ad nos possis habere recursum, per quos multa poteris honeste perficere, que honeste non posses[i)] efficere per te ipsum, pro certo confidens, quod nos petitiones et preces tuas, quantum honestas permiserit, intendimus efficaciter exaudire.

Quid denique predictis nuntiis responderimus super tua non excommunicanda persona neque tua interdicenda capella, nisi de mandato sedis apostolice speciali, aliisque nonnullis, de quibus cum eis studiose contulimus, ipsi tanquam viri providi et fideles tue poterunt excellentie viva voce referre, quos merito sue probitatis et fidei tibi reddimus[j)] commendatos.

Datum Laterani, II Nonas Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo[k)].

134 (131).

Innocenz III. nimmt den König Johann von England, dessen legitime Erben und die Königreiche England und Irland samt allem rechtmäßigen Besitz in den päpstlichen Schutz und überträgt ihm Letztere gemäß der inserierten Urkunde vom 15. Mai 1213, mit welcher der König dem Papst die Reiche aufträgt, die Zahlung eines jährlichen Zinses zusagt und das Homagium leistet, zu Lehen.

Lateran, 1213 November 4.

Reg. Vat. 8, fol. 162^{r}–162^{v} ⟨Nr. 131[a)] bzw. 133[b)]⟩.

Empfängerüberlieferung: Original: London, BL, ms. Cotton Cleopatra E 1, fol. 149 (separat); Reg.: Sheehy, Pontificia Hibernica, I 165, Nr. 83; Sayers, Original Papal Documents, 26, Nr. 47.

Bosquet 648, Nr. 131 = Baluze II 810, Nr. 131 = Migne, PL, 216, 923, Nr. 131; Powicke–Cheney, Councils and Synods, II/1 17, Nr. II (Insert; mit Angabe weiterer Überlieferungen). – Potth. Reg. 4843; Dunning, Letters, 245, Nr. 56; Cheney, Calendar, 941.

Ioh(ann)i, illustri Anglorum regi[1)], eiusque de sua uxore liberis heredibus[2)] imperpetuum.

Rex[c)] regum et Dominus dominancium Iesus Christus, sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedec, ita regnum et sacerdotium in ecclesia stabilivit, ut sacerdotale sit 1Tim 6, 15; Apc 19, 16 Ps 109, 4; Hbr 5, 6

[h)] *Migne:* Illum. [i)] *Migne:* potes. [j)] *Migne:* reddidimus. [k)] sedtodecimo.

134. [a)] *Korr. aus* 130. [b)] *Korr. aus* 128. [c)] *Am Rande zwei kurze schräge Striche. Auf fol. 162^{r} längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich, am äußeren Rand ein langer waagrechter Strich.*

134. *Empfängerüberlieferung (kollationiert mit einem Photo des Originals):*

29: Ioh(ann)i] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ioh(ann)i. 32: Melchisedec] Melchisedech.

134. [1)] S. Br. XVI 41 Anm. 15.
[2)] S. Br. XVI 80 (77) Anm. 4.

vgl. 1Pt 2, 9
Ex 19, 6
vgl. Rm 14, 11
vgl. Phil 2, 10
vgl. Io 10, 16
vgl. Prv 21, 1
vgl. Apc 1, 8; 21, 6; 22, 13
vgl. Phil 2, 8
* fol. 162v

regnum[d] et sacerdotium sit regale, sicut in epistola Petrus et Moyses in Lege testantur, unum preficiens universis, quem suum in terris vicarium ordinavit, ut, sicut ei flectitur omne genu celestium, terrestrium et etiam infernorum, ita illi omnes obediant et intendant, ut sit unum ovile et unus pastor. Hunc itaque reges seculi propter Deum adeo venerantur, ut non reputent se rite regnare, nisi studeant ei devote servire. Quod tu, fili carissime, prudenter attendens illo misericorditer inspirante, in cuius manu sunt corda regum et, quo voluerit, vertit illa, te ipsum et [regna][e] tua etiam temporaliter ei subicere decrevisti, cui noveras spiritualiter esse subiecta, ut in unam vicarii Christi personam quasi corpus et anima regnum et sacerdotium uniantur ad magnum utriusque commodum et augmentum. Ille utique hoc dignatus est operari, qui, cum sit alpha et o(mega), finem retulit ad principium et principium protraxit ad finem, ut ille provintie, que olim sacrosanctam Romanam ecclesiam propriam in spiritualibus habuere magistram[3], nunc etiam in temporalibus dominam habeant specialem. Tu[f] quippe, quem Deus ad hoc ydoneum ministrum elegit, tam te quam etiam regna tua, Anglie videlicet et Ybernie[g], cum omni iure ac pertinentiis suis devota et spontanea voluntate ac communi consilio baronum tuorum Deo et sanctis apostolis eius Petro et Paulo sancteque Romane ecclesie nobisque ac successoribus nostris in ius et proprietatem sub annuo mille marcharum censu offerens concessisti, sicut in tuo continetur autentico scripto[4], cuius de verbo ad verbum talis tenor existit:

[I]ohannes[h] Dei gratia rex Anglie, dominus Ybernie, dux Norma(n)nie[i] et Aquitanie, comes Andegauie, omnibus Christi fidelibus presentem cartam inspecturis salutem. Universitati vestre per hanc cartam nostram sigillo nostro munitam volumus esse notum, quia, cum Deum et matrem nostram sanctam ecclesiam offenderimus in multis et[j] proinde divina misericordia plurimum indigere noscamur, nec quid digne offerre possimus pro satisfactione Deo et ecclesie debita facienda, nisi nos ipsos habeamus et regna nostra, volentes nos ipsos humiliare pro illo, qui se pro nobis humiliavit usque ad mortem, gratia sancti Spiritus inspirante non vi inducti nec timore coacti, sed nostra bona spontaneaque voluntate ac communi consilio baronum nostrorum offerimus et libere concedimus Deo et sanctis apostolis eius Petro et Paulo et sancte Romane ecclesie matri nostre ac domino nostro pape Innocencio eiusque catholicis successoribus totum regnum Anglie et totum regnum Ybernie cum omni iure et pertinentiis suis pro remissione peccatorum nostrorum et totius generis nostri tam pro vivis quam defunctis, et amodo illa a Deo et ecclesia Romana tamquam feodatarius tenentes[k] et recipientes[k] in presencia prudentis viri Pandulfi[l], domini pape subdiaconi et familiaris, fidelitatem exinde predicto domino nostro pape Innocentio eiusque catholicis successoribus * et ecclesie Romane secundum subscriptam formam facimus et iuramus et homagium ligium in presentia domini pape, si coram eo esse poterimus, eidem faciemus successores et heredes nostros de uxore nostra imperpetuum obligantes, ut simili modo summo pontifici, qui pro tempore fuerit, et

---

[d]) *Für die Adresse nicht benötigter freier Platz am Ende der Zeile mit rotem Strich gefüllt.* [e]) *So Bosquet und Migne. Fehlt auch in der Empfängerüberlieferung.* [f]) *Davor ein Paragraphenzeichen.* [g]) *Bosquet, Migne passim:* Hiberniae. [h]) *Lücke für Initiale frei gelassen. Am Rande eine Raute.* [i]) *Bosquet, Baluze:* Normaniae*; Migne:* Northmaniae. [j–j]) *Baluze, Migne:* etc. ut supra epist. 77. [k–k]) *Bosquet:* recipientes et tenentes*; s. die Empfängerüberlieferung.* [l]) *Bosquet:* … Pandulphi.

1: Moyses] Moises. 19: [I]ohannes] Ioh(anne)s. 19: Ybernie] Ibernie. 30: Ybernie] Ibernie. 32: tenentes et recipientes] recipientes et tenentes*; s. Anm. k–k.*

[3]) Vielleicht ein Bezug auf die Missionierung Englands auf Initiative Papst Gregors I. Vgl. *LMA* 4 (1989) 1663f.

[4]) Br. XVI 80 (77). Dort der Sachkommentar.

ecclesie Romane sine contradictione debeant fidelitatem prestare et homagium recognoscere. Ad indicium[m)] autem huius nostre perpetue oblationis[n)] et concessionis volumus et stabilimus, ut de propriis et specialibus redditibus predictorum regnorum nostrorum pro omni servitio et consuetudine, quod pro ipsis facere deberemus, salvo per omnia denario beati Petri ecclesia Romana mille marchas Sterlingorum percipiat annuatim, scilicet in festo sancti Michaelis quingentas marchas et in Pasca quingentas marchas, septingentas scilicet pro regno Anglie et trecentas pro regno Ybernie, salvis nobis et heredibus nostris iusticiis, libertatibus et regalibus nostris. Que omnia, sicut supradicta sunt, rata esse volentes perpetuo atque firma obligamus nos et successores nostros contra non venire, et si nos vel aliquis successorum nostrorum hoc attemptare presumpserit, quicumque fuerit, ille, nisi rite commonitus resipuerit[o)], cadat a iure regni, et hec carta oblationis et concessionis nostre semper firma permaneat[p)].

Ego Ioh(ann)es, Dei gratia rex Anglie et dominus Ybernie, ab hac hora inantea fidelis ero Deo et beato Petro et ecclesie Romane ac domino meo pape Innocencio eiusque successoribus catholice intrantibus. Non ero in facto, dicto, consensu vel consilio, ut vitam perdant vel membra vel mala captione capiantur. Eorum dampnum, si scivero, impediam et remanere faciam, si potero, alioquin eis, quamcitius potero, intimabo vel tali persone dicam, quam eis credam pro certo dicturam. Consilium, quod michi crediderint[q)] per se vel per nuntios seu litteras suas, secretum tenebo et ad eorum dampnum nulli pandam me sciente. Patrimonium beati Petri et specialiter regnum Anglie et regnum Ybernie adiutor ero ad tenendum et defendendum contra omnes homines pro posse meo. Sic Deus me adiuvet et hec sancta Dei Evangelia. Teste me ipso apud domum Militie Templi iuxta Doueriam coram domino H(enrico), archiepiscopo Dublinensi, domino I(ohanne), episcopo Norwincensi[r)], G(aufrido) filio Petri comitis Essex', iusticario nostro, W(illelmo), comite Sar(esberiensi), fratre nostro, W(illelmo) Marescallo, comite Penb(ro)c[s)], R(ainaldo), comite Bonon(ie), W(illelmo), comite Warenn(ie)[t)], S(aero), comite Wint(onie), W(illelmo), comite Arundell(i), W(illelmo), comite de Ferr'[u)], W(illelmo) Browir', Petro filio Her(berti), Warin(o) filio Ger(oldi). XV die Maii, anno regni nostri XIII[j, v, 5)].

Nos autem oblationem et concessionem huius(modi) pie ac provide factas gratas et ratas habentes personam tuam et personas heredum tuorum cum predictis regnis et pertinentiis eorundem et omnibus bonis aliis rationabiliter nunc possessis et imposterum possidendis sub beati Petri et nostra protectione suscipimus tibi et ipsis secundum prescriptam formam de communi consilio fratrum nostrorum supradicta regna concedentes in feudum et presenti privilegio confirmantes, ita quod quilibet heredum tuorum, cum regni coronam acceperit, feudum huiusmodi summo pontifici et Romane ecclesie publice recognoscat et eis fidelitatis exhibeat iuramentum.

[m)] *Bosquet:* iudicium. [n)] *Das zweite* -i- *über der Zeile eingefügt.* [o)] respuerit; resipuerit *bei Bosquet; s. die Empfängerüberlieferung*. [p)] *Bosquet:* praemaneat. [q)] *Bosquet:* crediderit. [r)] *Bosquet:* Norvicen. [s)] *Bosquet:* Pembroc. [t)] *Bosquet:* Wareitn. [u)] *Bosquet:* Fer. [v)] *Bosquet:* XIIII*; s. die Empfängerüberlieferung und oben Br. 80 (77) S. 177 Z. 8.*

2: nostre perpetue] perpetue nostre. 5: marchas] marcas. 6: marchas] marcas. 6: marchas] marcas. 7: Ybernie] Ibernie. 11: respuerit] resipuerit*; s. Anm. o.* 13: Ybernie] Ibernie. 20: Ybernie] Ibernie. 24: Norwincensi] Norwicensi. 25: Sar(esberiensi)] Saresb'. 25: Penb(ro)c] Penbrocie. 26: Bonon(ie)] Bolonien'. 26: Warenn(ie)] Warennie. 26: Wint(onie)] Winton'. 27: Arundell(i)] Arundelli. 27: Ferr'] Ferreriis. 27: Browir'] Briwerr'. 28: Her(berti)] Henrici. 28: XIII] XIIII[o]*; s. Anm. v.*

[5)] 15. Mai 1213.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam[w)] nostre[w)] concessionis et confirmationis infringere vel ei ausu[x)] temerario contraire. Si quis autem et cetera usque incursurum.

Datum Laterani per manum Raynaldi, acoliti et capellani dompni Innocentii tercii pape, II Non. Novembris, indictione II, incarnationis Dominice anno millesimo CC° XIII°, pontificatus vero eiusdem dompni Innocentii anno sextodecimo.

135 (132).

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Heinrich) von Dublin, den Bischöfen (Johannes) von Norwich und (Peter) von Winchester, den Grafen Wilhelm von Salisbury, G(ottfried) Fitz Peter von Essex, R(ainald) von Boulogne, R(anulf) von Chester, W(ilhelm) von Warenne, Marschall W(ilhelm) von Pembroke, R(oger) Bigod von Norfolk, W(ilhelm) von Arundel, Wilhelm von Ferrers, Saer von Winchester und den Adeligen R(obert) Fitz Roger, W(ilhelm) Brewer, R(obert) de Ros, G(ilbert) Fitz Reinfred, R(oger) de Mortimer, P(eter) Fitz Herbert und W(ilhelm) von Aubigné auf, für die Einhaltung der Sicherheitsgarantien des Königs Johann von England für den (exilierten) englischen Episkopat, die Mönche (des Kathedralpriorats) von Canterbury und (die Barone) Robert Fitz Walter und Eustach de Vescy, die auch sie beeidet und beurkundet haben, zu sorgen; doch er befiehlt ihnen, im Fall von Verstößen nichts gegen den König zu unternehmen, ohne nach Anfrage beim Papst von diesem dazu beauftragt zu sein.

Lateran, 1213 Oktober 31.

Reg. Vat. 8, fol. 162ᵛ–163ʳ ⟨Nr. 132 *bzw.* 134[a)]*⟩.*

Bosquet 650, Nr. 132 = Baluze II 811, Nr. 132 = Migne, PL, 216, 925, Nr. 132; Cheney–Semple, Selected Letters, 161, Nr. 59; Sheehy, Pontificia Hibernica, I 164, Nr. 80 (nur Adresse); Mercati, Raccolta, 53, Nr. 12/1c. – Potth. Reg. 4836; Wauters, Table chronologique, III 393; Dunning, Letters, 245, Nr. 53; Cheney, Calendar, 935.

[w–w)] *Bosquet:* nostre paginam. [x)] *Migne:* usu.

2: et cetera usque] hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit. 3: Raynaldi] Rainaldi.

Folgende Kardinäle unterschrieben:

Cinthius tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis
Cencius sanctorum Ioh(ann)is et Pauli presbiter cardinalis tituli Pamachii
Petrus sancte Pudentiane tituli Pastor *[!]* presbiter cardinalis
Guala sancti Martini presbiter cardinalis tituli Equitii
Ioh(ann)es tituli sancte Praxedis presbiter cardinalis
Steph(anu)s basilice XII[cim] Apostolorum presbiter cardinalis

Ioh(anne)s Sabinensis episcopus
Guido Penestrinus episcopus
Hug(o) Hostiensis et Velletrensis episcopus

Guido sancti Nychol(ai) in Carcere [Tulliano diaconus cardinalis]
Octauianus sanctorum Ser[gii et Bachi diaconus cardinalis]
Ioh(anne)s sanctorum Cosme et Damia[ni diaconus cardinalis]
Ang(e)l(u)s sancti Adriani diaconus cardinalis
Petrus sancte Marie in Aquiro diaconus cardinalis
B(er)t(ra)nn(us) sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis

135. [a)] *Korr. aus* 129.

Dublinensi archiepiscopo[1)] et Norwicensi[2)] et Wintoniensi[3)] episcopis et nobilibus viris Will(el)mo[b)] Saresberiensi[4)], G(aufrido) filio Petri Exesie[c, 5)], R(ainaldo) Bolonie[6)], R(anulfo) Cestrie[7)], W(illelmo) Wara(n)nie[8)], W(illelmo) Marescallo[d)] Pa(m)brocie[e, 9)], R(ogero) Libigot Norfolcie[10)], W(illelmo) Arundelli[11)], Will(elm)o[f)] de Ferr'[12)], et Saero[g)] Wintonie[13)] comitibus et R(oberto) filio Rogeri[14)], W(illelmo) Brigerte[h, 15)], R(oberto) de Ros[16)], G(ilberto) filio Ranfredi[i, 17)], R(ogero) de Mortuomari[18)], P(etro) filio Herberti[j, 19)] et W(illelmo) de Albiniaco[20)].

In[k)] forma concordie[21)], quam[l)] cum multa deliberatione providimus pro reformanda pace inter carissimum in Christo filium nostrum Ioh(ann)em, Anglorum regem illustrem[22)], et ecclesiam Anglicanam, hoc inter cetera continetur expressum[23)], quod idem rex

---

[b)] *Bosquet, Migne:* Guillelmo. [c)] *Bosquet, Migne:* Essexiae. [d)] *Bosquet:* Merescallo. [e)] *Bosquet:* Pambrosiae. [f)] *Bosquet, Migne:* Guillelmo. [g)] *Bosquet, Migne:* Sacro. [h)] -e- *über der Zeile.* [i)] *Bosquet, Migne:* Raufredi. [j)] *Bosquet, Migne:* Heberti. [k)] *Auf fol. 162^{v} längs des Briefes am Rande ein senkrechter Strich.* [l)] *Bosquet, Migne:* qua.

135. [1)] S. Br. XVI 29 Anm. 29.

[2)] S. Br. XVI 80 (77) Anm. 4.

[3)] Peter des Roches, B. von Winchester (Suffr. von Canterbury) 1205–1238, ein entschiedener Parteigänger König Johanns von England. Vgl. Le Neve–Greenway, *Fasti*, II 86; Vincent, *Peter des Roches*, passim, zu seiner Rolle in den Verhandlungen 1211 und 1213 bes. 80–88; *ODNB* 47 (2004) 466–469.

[4)] S. Br. XVI 79 (76) Anm. 2.

[5)] S. Br. XVI 80 (77) Anm. 11.

[6)] S. Br. XVI 79 (76) Anm. 3.

[7)] Ranulf, Graf von Chester, 1188/1189–1200 nominell Herzog der Bretagne, Unterstützer König Johanns, gest. 1232. Vgl. *ODNB* 46 (2004) 56–59, online (2008).

[8)] S. Br. XVI 79 (76) Anm. 4.

[9)] S. Br. XVI 80 (77) Anm. 13.

[10)] Roger Bigod, 1189 Graf von Norfolk, Vertrauter König Richards, bis 1215 auf Seiten König Johanns, gest. 1221. Vgl. *ODNB* 5 (2004) 712f., online (2006).

[11)] S. Br. XVI 80 (77) Anm. 17.

[12)] S. Br. XVI 79 (76) Anm. 5.

[13)] S. Br. XVI 80 (77) Anm. 16.

[14)] Robert Fitz Roger, Herr von Warkworth (Northumberland), 1200–1212 Sheriff von Northumberland, verwaltete Kirchengut im Interdikt, Rat König Johanns, gest. 1214. Vgl. Holt, *Northerners*, 262 (Index); Painter, *Reign*, 386 (Index).

[15)] S. Br. XVI 80 (77) Anm. 19.

[16)] Robert de Ros, Herr von Roos (Yorkshire) 1182/1183, verwaltete Kirchengut im Interdikt, agierte 1213 verschiedentlich in königlichem Auftrag, gest. 1226/1227. Vgl. Holt, *Northerners*, 86, 236; *ODNB* 47 (2004) 725f.

[17)] Gilbert Fitz Reinfred, Herr von Kendal (Gft. Cumbria), verwaltete Kirchengut im Interdikt, 1209–1213 Sheriff von Yorkshire, 1204–1215 von Lancashire, 1211 einer der *custodes portus*, Rat König Johanns, gest. 1220. Vgl. *List of Sheriffs* 72, 161; Holt, *Northerners*, 262 (Index); Painter, *Reign*, 386 (Index); Sanders, *English Baronies*, 56f.; Vincent, *Letters*, 65.

[18)] Roger de Mortimer, 1185 Herr von Wigmore (Herefordshire), Unterstützer König Johanns, gest. 1214. Vgl. *ODNB* 39 (2004) 381f., online (2020); Sanders, *English Baronies*, 98f.

[19)] S. Br. XVI 80 (77) Anm. 20.

[20)] Wilhelm von Aubigné, 1172 Herr von Belvoir (Leicestershire), 1211 einer der *custodes portus*, 1213 in königlichem Auftrag tätig, gest. 1236. Vgl. Cheney, *Barons*, 300f., 304f.; Holt, *Northerners*, 63f.; Painter, *Reign*, 379 (Index), *ODNB* 2 (2004) 902f.

[21)] S. Br. XVI 81 (78) Anm. 3.

[22)] S. Br. XVI 41 Anm. 15.

[23)] Br. XV 236 (234) Bd. 15 S. 383 Z. 17–S. 384 Z. 14. S. auch Br. XVI 79 (76) S. 171 Z. 25–S. 173 Z. 10.

veram pacem et plenam securitatem prestabit venerabilibus viris Stephano, Cantuariensi archiepiscopo[24], W(illelmo) Londoniensi[25], E(ustachio) Eliensi[26], E(gidio) Herefordensi[27], I(ocelino) Bathoniensi[m, 28] et H(ugoni)[n] Lincolniensi[29] episcopis, priori[30] quoque ac monachis Cantuariensibus[31] et Roberto filio Walterii[o, 32] ac Eustacio[p] de Vesci[33] necnon ceteris clericis ac laicis hoc negotium contingentibus, prestando simul coram legato vel delegato nostro publice iuramentum, quod ipsos cum suis nec ledet nec ledi faciet vel permittet in personis vel rebus eisque omnem indignationem dimittet et in gratiam suam eosdem recipiet ac bona fide tenebit; quodque prefatos archiepiscopum et episcopos non impediet nec faciet aut permittet aliquatenus impediri, quominus ipsi libere suum exequantur officium et plena sue[q] iurisdictionis[q] auctoritate, prout debent, utantur, et super hiis tam nobis quam ipsi archiepiscopo et singulis episcopis suas patentes litteras exhibebit, faciens ab episcopis et comitibus ac baronibus suis, quot et quos prefati archiepiscopus et episcopi postulaverint, iuramenta et eorum patentes litteras exhiberi, quod ipsi bona fide studebunt, ut hec pax et securitas firmiter observetur; et si forte, quod Deus avertat, idem rex per se ipsum vel alios contravenerit, ipsi pro ecclesia contra violatores securitatis et pacis mandatis apostolicis inherebunt, ac dictus rex perpetuo custodiam vacantium ecclesiarum amittat.

Sane intelleximus vos pro prescripta securitate ac pace iurasse vestrasque patentes litteras tradidisse[34]. Unde per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus ad consumandam et conservandam formam eiusdem securitatis et pacis diligens studium impendatis et operam efficacem. Ne quis autem ex huius vinculo cautionis occasionem assumat contra prefatum regem aliquam turbationis materiam suscitandi, cum per eam sic illis ad necessariam securitatem et pacem velimus esse provisum, quod isti ad gravamen indebitum vel incommodum non redundet, presentium vobis auctoritate precipimus, quatenus, si quid forsan emerserit, quod contra prescriptam securitatem et pacem facere proponatur, non ante cuiusquam instinctu adversus eundem regem aliquatenus moveamini quam consulto Romano pontifice ipsius recipiatis cum responso mandatum, qui omnia consuevit equo
* fol. 163r libramine[r] moderari, cum hoc ipsum in predicta * forma contineatur expressum[35], quod vos pro ecclesia contra violatores securitatis et pacis debetis mandatis apostolicis inherere.

Datum Laterani, II Kal. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

---

[m]) *Bosquet:* Batonien. [n]) *Baluze, Migne:* Huberto. [o]) *Bosquet, Migne:* Walteri. [p]) *Bosquet:* Eustactio*; Baluze, Migne:* Eustachio. [q–q]) sui iurisd(i)c(ti)o(n)i; suae iurisdictionis *bei Bosquet und Migne. Vgl. Br. XVI 79 (76) S. 173 Z. 3.* [r]) *Darnach* moderamini *durchgestrichen.*

[24]) S. Br. XVI 30 Anm. 71.
[25]) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 8.
[26]) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 9.
[27]) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 10.
[28]) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 11.
[29]) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 12.
[30]) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 13.
[31]) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 14.
[32]) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 15.
[33]) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 16.
[34]) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 18.
[35]) S. oben Z. 15f., Br. XV 236 (234) Bd. 15 S. 384 Z. 13¸ Br. XVI 79 (76) S. 173 Z. 11f.

136 (133).

Innocenz III. trägt dem (Kardinal-)Bischof N(ikolaus) von Tusculum, päpstlichem Legaten, auf, dem Erzbischof S(tephan) von Canterbury und seinen Mitbischöfen zu befehlen und sie nötigenfalls mit kirchlichen Strafen zu zwingen, ihm alle gegen den König J(ohann) von England für den Fall des Friedensbruchs gerichteten Papstbriefe an Erzbischöfe und Bischöfe in Frankreich, England, Schottland und Irland wie auch an die Bischöfe (Hugo) von Lüttich und (Dietrich ?) von Utrecht, namentlich jene mit dem Incipit „Expectantes hactenus expectavimus", auszuhändigen, die er zerstören soll.

Lateran, 1213 Oktober 31.

Reg. Vat. 8, fol. 163r ⟨Nr. 133 bzw. 135a)⟩.

Bosquet 651, Nr. 133 = Baluze II 812, Nr. 133 = Migne, PL, 216, 926, Nr. 133; Cheney–Semple, Selected Letters, 164, Nr. 60. – Potth. Reg. 4837; Bréquigny, Table chronologique, IV 567; Dunning, Letters, 245, Nr. 54; Sheehy, Pontificia Hibernica, I 165, Nr. 81; Cheney, Calendar, 936.

Vgl. Cheney, Alleged Deposition, 109f.

N(icolao), Tusculano episcopo, apostolice sedis legato[1)].

Cum[b)] de carissimo in Christo filio nostro I(ohanne), illustri Anglorum rege[2)], ac eius regno, quod ad Romanam ecclesiam ex eius dono iure pertinet speciali[3)], oporteat nos curam et sollicitudinem gerere diligentem, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, postquam relaxatum fuerit interdictum[4)], venerabilibus fratribus nostris S(tephano), Cantuariensi archiepiscopo, sancte Romane[c)] ecclesie[c)] cardinali[5)], et coepiscopis eius[6)] ex parte nostra districte precipias, quatenus omnes litteras[7)] tam priores quam posteriores impetratas a nobis contra eundem regem, si formam pacis[8)] non duceret admittendam, illasque[9)] presertim, que sic incipiunt: ‹‹Expectantes hactenus expectavimus››, per regnum Francie, Angliam, Scotiam et Yberniam[d)] ad archiepiscopos et episcopos necnon Leodiensem[10)] et Traiettensem[11)] pontifices destinandas[12)], tibi sine diminutione aliqua representent, easque protinus facias minutatim incidi vel igne comburi, ne contra eum ipsarum occasione quicquam sinistri valeat attemptari, ipsos ad hoc, si neccesse fuerit, districtione qua convenit compellendo. vgl. Ps 39, 1

Datum Laterani, II Kal. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

---

136. a) *Korr. aus* 130. b) *Am Rande innerhalb der Initiale zwei kurze schräge Striche.* c–c) *Bosquet:* ecclesiae Romanae. d) *Bosquet, Migne:* Hiberniam.

136. 1) S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.
2) S. Br. XVI 41 Anm. 15.
3) S. Br. XVI 80 (77).
4) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 6.
5) S. Br. XVI 30 Anm. 71.
6) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 8–12.
7) Abgesehen von den in der Folge mit ihrem Incipit genannten, nicht erhaltenen Briefen wohl auch Br. XV 241 (238) und 242 (239) vom Anfang März 1213.
8) S. Br. XVI 81 (78) Anm. 3.
9) Zwischen April 1211 und März 1213. Vgl. Cheney–Semple, *Selected Letters*, 164, Anm. 2; Cheney, *Calendar*, 911.
10) S. Br. XVI 59 (56) Anm. 6.
11) Dietrich (II.) von Are-Nürburg, B. von Utrecht (Suffr. von Köln) 1197/1198–1212, oder der 1213 zu seinem Nachfolger gewählte Otto von Geldern, der allerdings 1215 vor Erreichen des kanonischen Alters als Elekt starb. Vgl. *Series episcoporum* V/1 203–205; Gatz–Brodkorb, *Bischöfe*, 822f.
12) S. Einleitung S. XLV.

137 (134).

Innocenz III. trägt dem (Kardinal-)Bischof (Nikolaus) von Tusculum, päpstlichem Legaten, auf, nach Aufhebung des Interdikts über England alle Schwurbündnisse und Einungen, die im Konflikt zwischen König und Kirche eingegangen wurden, für ungültig zu erklären.

Lateran, 1213 Oktober 31.

Reg. Vat. 8, fol. 163r ⟨*Nr.* 134⟩.

Bosquet 652, Nr. 134 = Baluze II 812, Nr. 134 = Migne, PL, 216, 926, Nr. 134; Cheney–Semple, Selected Letters, 165, Nr. 61. – Potth. Reg. 4839; Dunning, Letters, 245, Nr. 55; Sheehy, Pontificia Hibernica, I 165, Nr. 82; Cheney, Calendar, 937.

Eidem[1)]**.**

[F]raternitati[a)] tue presentium auctoritate mandamus, quatenus, postquam interdictum Anglie[2)] fuerit relaxatum, omnes coniurationes et fattiones, si que occasione discordie inter regnum et sacerdotium facte sunt, denunties auctoritate nostra irritas et inanes, cum causa cessante cessare debeat [et][b)] effectus[3)].

Datum Laterani, II Kal. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

138 (135).

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Stefan von Canterbury), den Bischöfen, Baronen, Rittern und dem Volk von England und Wales (, den Erzbischöfen, Bischöfen, Äbten, Prälaten, Fürsten, Grafen, Baronen, Rittern und Völkern in Irland und dem König W[ilhelm] von Schottland und dessen Sohn Alexander), dem König J(ohann) von England und seinen Erben Treue zu halten und ihm ergeben zu sein.

Lateran, 1213 Oktober 28.

Reg. Vat. 8, fol. 163r ⟨*Nr.* 135 *bzw.* 136⟩.

Empfängerüberlieferung des a pari-Briefes nach Irland: Original: London, The National Archives SC7/19/18; Faks.: Facsimilies of ancient manuscript VI, Nr. 148a; Foerster, Urkundenlehre, T. XXII; Dr.: ebd. 55f.; Cheney–Semple, Selected Letters, 157, Nr. 57; Sheehy, Pontificia Hibernica, I 163, Nr. 79; Reg.: Cheney, Calendar, 931; Sayers, Original Papal Documents, 25, Nr. 46.

Bosquet 652, Nr. 135 = Baluze II 812, Nr. 135 = Migne, PL, 216, 926, Nr. 135. – Potth. Reg. 4827, 4827; Dunning, Letters, 244, Nr. 52; Cheney, Calendar, 930, 932.*

Archiepiscopo[1)] **et episcopis et nobilibus viris baronibus, militibus necnon et universis populis per Angliam et Walliam constitutis.**

vgl. Eph 2, 20 **C**um[a)] per ipsius gratiam, qui discordantes parietes in se angulari lapide copulavit, vera pax et plena concordia sit inter regnum et sacerdotium in Anglia reformata, nos[b)],

---

137. [a)] *Die Initiale fehlt.* [b)] *So Bosquet und Migne.*

137. [1)] S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.
[2)] S. Br. XVI 79 (76) Anm. 6.
[3)] Vgl. *Decretum Gratiani* C. 1 q. 1 c. 41, C. 1 q. 7 c. 7, C. 9 q. 1 c. 5 § 3, C. 33 q. 2 p. c. 4, C. 35 q. 1 a. c. un. § 2 (Friedberg, *CorpIC*, I 374, 430, 602, 1152, 1261).

138. [a)] *Am Rande innerhalb der Initiale zwei kurze schräge Striche.* [b)] *Davor ein Paragraphenzeichen eingefügt.*

138. [1)] S. Br. XVI 30 Anm. 71.

qui tenemur curam et sollicitudinem gerere specialem de carissimo in Christo filio[c)] nostro I(ohanne), illustri Anglorum rege[d)], ac eius regno, quod ad Romanam ecclesiam per donum ipsius speciali iure noscitur pertinere[2)], sibi et heredibus suis providere volentes per apostolica vobis scripta mandamus atque precipimus, quatenus in fidelitate ipsius regis ac heredum suorum prompto animo et corde sincero perseverare curetis tales vos circa devotionem ipsius per omnia exhibentes, quod tam a nobis quam ipso debeatis merito commendari; scientes pro certo, quod nos ad ipsius commodum et honorem efficaciter aspiramus.

Datum Laterani, V Kal. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

In[e)] e(odem) m(odo) scriptum est archiepiscopis et[f)] episcopis et abbatibus et ceteris ecclesiarum prelatis et nobilibus viris principibus, comitibus, baronibus et universis militibus et populis per Yberniam[g)] constitutis.

In[h)] e(odem) m(odo) W(illelmo), illustri regi Scotie[3)], et nobili viro Alexandro filio eius[4)].

139 (136).

Innocenz III. trägt dem Kardinallegaten R(obert) von S. Stefano in Celiomonte auf, in den Festlandbesitzungen des Königs J(ohann) von England kein Interdikt ohne Rückfrage beim Papst zu verhängen.

Lateran, 1213 Oktober 28.

Reg. Vat. 8, fol. 163^{r} ⟨Nr. 136 *bzw.* 137[a)]⟩.

Bosquet 652, Nr. 136 = Baluze II 812, Nr. 136 = Migne, PL, 216, 927, Nr. 136. – Potth. Reg. 4828; Cheney, Calendar, 933.

[c)] *Fehlt bei Baluze und Migne.* [d)] *Fehlt bei Baluze und Migne.* [e)] I- *leicht vergrößert. Davor ein Paragraphenzeichen, mit rotem Schaft hervorgehoben.* [f)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [g)] *Bosquet, Migne:* Hiberniam. [h)] I- *leicht vergrößert. Davor ein Paragraphenzeichen und am Rande ein kurzer waagrechter Strich*.

138. *Empfängerüberlieferung (kollationiert mit einer Photographie des a pari-Briefes in den National Archives):*

2: I(ohanne)] Ioh(ann)e. 10: archiepiscopis] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis. 10: abbatibus] dilectis filiis abbatibus. 12: constitutis] constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

[2)] S. Br. XVI 80 (77).

[3)] Wilhelm I., König von Schottland 1165–1214.

[4)] Alexander II., 1201 als Thronfolger anerkannt und ab 1212 in die Regierung einbezogen, König von Schottland 1214–1249.

139. [a)] *Korr. aus* 132.

R(oberto), tituli sancti Steph(an)i in Celiomonte presbitero cardinali, apostolice sedis legato[1)].

Cum[b)] per ipsius gratiam et cetera ut supra usque mandamus[c)], quatenus nobis inconsultis in Cismarinam terram[2)] ipsius non proferas aliquomodo sententiam interdicti.

Datum Laterani, V Kal. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

140 (137).

Innocenz III. befiehlt dem (Kardinal-)Bischof N(ikolaus) von Tusculum, päpstlichem Legaten, während des Interdikts entfremdetes, aber von den Besitzern nicht zurückgefordertes Kirchengut, das der Erzbischof S(tefan) von Canterbury und seine Mitbischöfe den Schuldigen im Auftrag des Papstes zugunsten des Heiligen Landes abgenommen haben, bei den Johannitern und Templern gegen Revers der Meister aufbewahren zu lassen.

Lateran, 1213 Oktober 30.

Reg. Vat. 8, fol. 163^{r} ⟨*Nr.* 137 *bzw.* 138[a)]⟩.

Bosquet 653, Nr. 137 = Baluze II 812, Nr. 137 = Migne, PL, 216, 927, Nr. 137; Cheney–Semple, Selected Letters, 159, Nr. 58. – Potth. Reg. 4829; Delaville Le Roulx, Cartulaire, II 160, Nr. 1416; Cheney, Calendar, 934.

N(icolao), Tusculano episcopo, apostolice sedis legato[1)].

Olim[b)] venerabilibus fratribus nostris S(tephano), Cantuariensi archiepiscopo, sancte Romane ecclesie cardinali[2)], W(illelmo) Londoniensi[3)], E(ustachio) Eliensi[4)], E(gidio) Herefordensi[5)] et H(ugoni)[c)] Lincolniensi[6)] episcopis apostolicis dedimus litteris in mandatis[7)], quatenus concessiones, pactiones sive promissiones, quas clerici seu religiosi viri cuiuscumque[d)] professionis vel ordinis Ioh(ann)i, regi Anglie[8)], super ablatis vel extortis post interdictum[9)] fecerunt, quominus ipsa restituantur ad plenum, denuntiarent irritas et inanes, auctores etiam et procuratores illarum, nisi moniti satisfecerint, excommunica-

---

[b)] *Am Rande innerhalb der Initiale zwei kurze schräge Striche.* [c)] *Br. XVI 138 (137) S. 253 Z. 4.*

139. [1)] S. Br. XVI 17 Anm. 6.

[2)] Zur Legation Roberts von Courson, dessen hartes Vorgehen später Beschwerden hervorrief, in Frankreich s. Br. XVI 29 S. 66 Z. 3f., XVI 31–33; Dickson, *Robert de Courson*, 85–117, bes. 93; Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 176–178; Watson, *On Hospitals*, 272–281.

140. [a)] *Korr. aus* 133. [b)] *Am Rande innerhalb der Initiale zwei kurze schräge Striche.* [c)] *Baluze, Migne:* Huberto. [d)] cuius; cuiuscumque *bei Bosquet und Migne*.

140. [1)] S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.
[2)] S. Br. XVI 30 Anm. 71.
[3)] S. Br. XVI 79 (76) Anm. 8.
[4)] S. Br. XVI 79 (76) Anm. 9.
[5)] S. Br. XVI 79 (76) Anm. 10.
[6)] S. Br. XVI 79 (76) Anm. 12.
[7)] Br. XV 239 (236) vom 7. März 1213.
[8)] S. Br. XVI 41 Anm. 15.
[9)] S. Br. XVI 79 (76) Anm. 6.

tionis vinculo innodarent; si qui vero predictorum noluerint ablata vel extorta repetere, detentores eorum nichilominus ipsa restituere compellerent in Terre sancte subsidium iuxta mandatum apostolicum reservanda. Cum igitur ad subsidium Terre sancte totis affectibus aspiremus, volentes id per tue sollicitudinis studium effectui mancipari per apostolica tibi scripta precipiendo[e)] mandamus, quatenus ea, que taliter fuerint reservanda, facias apud domos Hospitalis[f, 10)] et Templi[11)] accurate deponi et fideliter custodiri recipiens super ipsis depositis testimoniales litteras magistrorum; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo co(mpescendo)[g)].

Datum Laterani, III Kal. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

141 (138).

Innocenz III. trägt dem (Kardinal-)Bischof N(ikolaus) von Tusculum, päpstlichem Legaten, auf, für die Besetzung der vakanten Bistümer und Abteien durch Wahl oder Postulation mit geeigneten und königstreuen Personen unter Einholung der königlichen Zustimmung zu sorgen und dabei den Rat rechtschaffener Männer, denen diese bekannt sind, einzuholen. (Den Kapiteln der vakanten Kirchen befiehlt er, den Rat des Legaten zu suchen.)

Lateran, 1213 Oktober 31.

Reg. Vat. 8, fol. 163r ⟨Nr. 138 bzw. 139[a)]⟩.

Empfängerüberlieferung: inseriert in historiographischen Werken: Rogeri de Wendover Flores Historiarum II (RBS 84/2) 96f.; Matthæi Parisiensis Chronica Majora 2 (RBS 57/2) 570f.; weiters Durham Cathedral MS C. III 3 fol. ir (fr. 13 Jh.), ausgewiesen bei Cheney–Semple.

Bosquet 653, Nr. 138 = Baluze II 813, Nr. 138 = Migne, PL, 216, 928, Nr. 138. – Add. ad Dunelm. IV 52. – Cheney–Semple, Selected Letters, 166, Nr. 62. – Potth. Reg. 4840; Cheney, Calendar, 938, 943.

N(icolao)[b)], Tusculano episcopo, apostolice sedis legato[b, 1)].

Cum[c)] non possit ecclesiis melius provideri, quam si eis pastores[d)] preficiantur[d)] idonei, qui non tam preesse cupiant quam prodesse[2)], fraternitati tue, de qua plenam fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus episcopatus[3)] et abbatias Anglie nunc vacantes facias cum tuo consilio de personis ydoneis per electionem vel postulationem canonicam ordinari, que non solum vita et scientia sint preclare, verum etiam regi fideles et regno utiles necnon ad consilium et auxilium efficaces assensu regio requisito[4)]. Cum

---

e) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* f) *Migne:* Hospitalii. g) *Bosquet, Migne:* compellens.

10) Der Johanniterorden.

11) Der Templerorden. Vgl. Bulst-Thiele, *Templer*, 297, 301.

141. a) *Korr. aus* 134. b–b) *Baluze, Migne:* Eidem. c) *Am Rande innerhalb der Initiale zwei kurze schräge Striche.* d–d) *Baluze, Migne:* praeficiantur pastores.

141. 1) S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.

2) S. Br. XVI 5 Anm. 9.

3) Vakant waren das Erzbistum York, die Bistümer Chichester, Coventry-Lichfield, Durham, Exeter und Worcester. Vgl. Cheney-Semple, *Selected Letters*, 166, Anm. 1.

4) Gemäß den Konstitutionen von Clarendon (1164), c. 12, sollte die Bischofswahl „assensu domini regis" in der königlichen Kapelle erfolgen. Vgl. Whitelock–Brett–Brooke, *Councils & Synods*, I/2 882, und Cheney, *Innocent III and England*, 124–129.

ergo vacantium ecclesiarum capitulis nostris demus litteris in preceptis, ut tuo consilio
vgl. Ps 53, 5 acquiescant, tu Deum habens pre oculis[e)] consulas super hoc viros providos et honestos, qui plene norint merita personarum, ne te cuiusquam astutia circumveniri contingat. Siqui vero contradictores fuerint vel rebelles, tu eos per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescas.

Datum Laterani, II Kal. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

Scriptum[f)] est super hoc vacantium ecclesiarum capitulis[g, 5)].

142 (139).

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Anselm) von Neapel auf, im Konflikt zwischen dem Erzbischof Alferius von Sorrent und dem dortigen Domkanoniker Matthäus, der den Erzbischof in einem inserierten Libell der Simonie, der Machination des Übergangs von Sorrent zum verworfenen Otto (IV.) und der Zelebration trotz der deswegen inkurrierten Exkommunikation beschuldigt, Zeugenaussagen zu sammeln sowohl darüber, ob der Kanoniker, wie der Erzbischof behauptet, sich aus Böswilligkeit gegen ihn verschworen hatte, worauf seine Anklage ungültig wäre, als auch über die Anklagepunkte, das Konvolut an die Kurie zu senden und den Parteien dort einen Termin zur Entgegennahme des Urteils zu setzen. Sollten Verwandte des Erzbischofs Zeugenaussagen zu dessen Ungunsten zu verhindern versuchen, soll er den Erzbischof, solange dies andauert, suspendieren.

Lateran, 1213 November 6.

Reg. Vat. 8, fol. 163^{r}–164^{r} ⟨Nr. 139 *bzw.* 140[a)]*⟩.*
Bosquet 654, Nr. 139 = Baluze II 813, Nr. 139 = Migne, PL, 216, 928, Nr. 139. – Coll. Fuld. 2. 17. 23; Coll. Prag. 34; Comp. IV 2. 7. 4; X 2. 20. 45. – Potth. Reg. 4844; BFW 6162.

Neapolitano archiepiscopo[1)].

Constitutis in nostra presentia venerabili fratre nostro Alferio archiepiscopo[2)] et dilecto filio Matheo canonico, Surrentin(is), dum idem M(atheus) accusationis concepto libello eundem archiepiscopum deferret de crimine symonie asserens nichilominus eum crimini lese maiestatis obnoxium, eo quod, ut dicebat, eodem archiepiscopo machinante Surrentina civitas a regia fidelitate recessit et reprobo iuravit Ottoni[3)] ac ipsum archiepiscopum excommunicatum celebrare[b)] divina, cum post talem machinationem, per quam machinatores huiusmodi latam a sede apostolica excommunicationis sententiam incurrerunt[4)],

---

[e)] *Migne:* oculos. [f)] *Davor ein Paragraphenzeichen.* [g)] *Darnach, vor der Adresse des folgenden Briefes, zwei kurze senkrechte Striche mit brauner Tinte.*

[5)] Vgl. Br. XVI 158 (155).

142. [a)] *Korr. vielleicht aus* 135. [b)] *Bosquet, Migne:* celebrasse.

142. [1)] S. Br. XVI 30 Anm. 56.
[2)] S. Br. XVI 30 Anm. 56. Werdegang (zuvor Archidiakon), Verwandtschaft (Bruder des Adeligen Simon von Sorrent) und Anfeindungen des EB. in Sorrent sind aus dem vorliegenden Br. bekannt.
[3)] S. Br. XVI 24 Anm. 7. Sorrent leistete im Mai 1211 Otto IV. den Treueid. Vgl. Neumann, *Parteibildungen*, 242.
[4)] Zur Exkommunikation Ottos IV. und damit seiner Anhänger s. Br. XVI 24 Anm. 7.

divina presumpserit celebrare, archiepiscopus, antequam describendi libellum fieri sibi copiam postularet, in personam accusatoris, quod esset inimicus et conspirator, excepit, allegans * interdicendum ei aditum accusandi, cum secundum instituta canonica inimici et conspiratores in nullius debeant accusationem admitti[5]. Ad quod pars adversa respondit, quod, cum tanta sit labes symoniace pravitatis, ut servi adversus dominos et criminosi quilibet admittantur[6], et in prodendo crimine lese maiestatis socius etiam inite factionis non solum auditur, quinymo premio et honore donatur[7], super premissis exceptiones huiusmodi accusationem elidere non valebant, presertim cum publice utilitatis intersit, ne crimina remaneant impunita[8]. Fuit autem ad hec ex adverso responsum, quod, cum in decreto Anacleti pape caveatur expresse accusatores esse non posse, qui ante hesternum diem aut nudiustertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant vel lesi ulcisci, et inoffensus accusatorum queratur affectus et non suspectus[9], ac constitutio Calisti pape generaliter interdicat conspiratorem[c] in alicuius accusationem admitti[10], nec in aliquo canone sit expressum, quod inimicus ac conspirator in exceptis criminibus audiatur, ne, quod sanctorum patrum documento sancitum non est, superstitionis[d] adinventionibus attemptetur[e], circa premissa prohibitioni standum est generali, presertim secundum equitatem canonicam, que viam non debet malignitatibus aperire. Inter hec autem de causis inimicitiarum et conspirationis archiepiscopus interrogatus respondit, quod memoratus M(atheus) ipsi archiepiscopo, et cum in archidiaconum et cum in archiepiscopum fuit assumptus, se opposuit adversarium manifestum. Preterea cum quidam Neapolitanus fuisset in mortem fratris archiepiscopi machinatus et per amicos ipsius eiceretur[f] de propria civitate, quidam magnates, quos dictus Neapolitanus consanguinitatis linea contingebat, eiectionem illius ad iniuriam reputantes eundem induxere Matheum, ut cum quibusdam aliis in dampnationem ipsius archiepiscopi[g] coniuraret. Porro priorem causam non duximus admittendam, maxime cum reconciliatio fuerit subsecuta, prout ex narratione ipsius archiepiscopi notabatur. Super alia vero, quam inficiebatur[h] M(atheo), fuit pro ipsius parte propositum, quod non est interdicta subiectis omnis coniuratio in prelatum, quia, cum secundum decretum Gelasii pape quisquam[i] clericorum confidere non debeat offense apostolice se immunem, si in hiis, que sequenda salubriter apostolica deprompsit[j] auctoritas, episcopum viderit excedentem et non protinus ad aures Romani pontificis deferre curaverit[11], in pestilentem prelatum non immerito possunt coniurare subiecti exemplo quadraginta episcoporum Illirice[k] ac Grecie, qui per professionem[l] in scriptis factam convenientes in unum a Thimoth(e)o, qui per metum imperatoris[m] Anastasii fuerat in Constantinopolitanum assumptus episcopum,

* fol. 163v

---

[c]) *Bosquet, Migne:* conspirationem. [d]) *Bosquet, Migne:* superstitiosis. [e]) atte(m)ptent(ur); attentetur *bei Bosquet und Migne*. [f]) *Bosquet:* eijceretur*; Migne:* ejiceretur. [g]) *Bosquet:* archiepiscopus. [h]) *Bosquet, Migne:* inficiabatur. [i]) *Migne:* quisdam. [j]) dep(ro)misit; deprompsit *bei Bosque und Migne*. [k]) *Baluze, Migne:* Illyrici. [l]) *Bosquet:* promissionem. [m]) *Darnach* fuerat *durchgestrichen.*

[5]) Vgl. *Decretum Gratiani* C. 3 q. 4 c. 5, q. 5 c. 2, 3 (Friedberg, *CorpIC*, I 512, 514f.).

[6]) Vgl. Comp. I 5. 2. 16 = X 5. 3. 7 (Friedberg, *CorpIC*, II 750). Vgl. auch Br. II 250 (260) Bd. 2 S. 479 Z. 15–18.

[7]) Vgl. Codex 9. 8. 5. 7 (Ed. Krueger 374); *Decretum Gratiani* C. 6 q. 1 c. 21 IV. pars § 1 (Friedberg, *CorpIC*, I 560).

[8]) Wortwörtlich schon in Br. VI 181 (183) Bd. 6 S. 302 Z. 11f.; vgl. Digesten 9. 2. 51. 2 (Ed. Mommsen 131); Fraher, *Justification*; Pennington, *Ius commune*, 352–354; Jerouschek, *Crimina*, 326–331; Landau, *Crimina*.

[9]) *Decretum Gratiani* C. 3 q. 5 c. 2 (Friedberg, *CorpIC*, I 514).

[10]) *Decretum Gratiani* C. 3 q. 4 c. 5 (Friedberg, *CorpIC*, I 512).

[11]) *Decretum Gratiani* C. 2 q. 7 c. 47 (Friedberg, *CorpIC*, I 499f.).

discesserunt[12]. Verum asserente archiepiscopo ex fomite malignitatis in eum coniurasse Matheu(m) et hoc se legittime probaturum ad ultimum consentientibus partibus sic duximus providendum, ut archiepiscopus porrectum libellum accipiens super obiectis criminibus responderet reservata sibi facultate probandi, quod idem M(atheus) ex malignitate coniuravit in ipsum. Libelli vero conceptio talis erat:

In nomine Domini, amen. Anno Domini M° CC° XIII°, pontificatus domini Innocentii tercii, summi pontificis, anno sextodecimo, mense Octobris, VII Idus eiusdem, apud vos, domine Innocenti, Dei gratia summe pontifex, ego Matheus, canonicus Surrentinus, defero dominum Alferium, Surrentinum archiepiscopum, lege canonica reum de symonia, quia dico ipsum promisisse archidiaconatum Surrentinum Ioh(ann)i Ciroleon., olim canonico Surrentino, ut consentiret electioni sue, in civitate Surrenti in camera iuxta triclinium episcopii tempore domini Celestini tercii, summi pontificis[n)], mense Ianuarii. Item defero eum reum de crimine lese maiestatis, quia civitas Surrentina recedendo a fidelitate regia iuravit Ott(oni) ipso hoc procurante tempore domini Innoce(n)tii tercii, summi pontificis, in civitate Surrenti in palatio suo mense Maii. Et defero eum postmodum multociens celebrasse divina in ecclesia Surrentina, cum per sententiam vestram credam eum ob hoc excommunicationis vinculum incurrisse. Ego dictus M(atheus) profiteor me hunc libellum inscriptionis dedisse.

Oblato tandem libello pars archiepiscopi allegavit, quod erat minus legittime in quadam sui parte conceptus, eo quod non continebatur in ipso, quo anno fuerint crimina obiecta commissa. Cum enim libelli conceptio continere debeat mensem et consules[13], sub quibus crimen dicitur esse[o)] commissum, et antiquitus consules constituerentur annales, videtur, quod admissi criminis annus exprimi debeat in libello. Frustra etiam mensis iuberetur apponi, si anni, cuius est mensis, non habetur aliqua certitudo.

Ad quod pars accusatoris respondit, quod, cum in forma concipiendi libellum de anno non inveniatur expressum, sicut nec dies ita nec annus admissi criminis debet apponi, ne subornationi testium occasio prebeatur, nec propter hoc, quod in foro civili debet[p)] exprimi consul[q)], licet consules essent antiquitus annui, sequitur, quod certus annus sit exprimendus, cum idem consul diversis vicibus et pluribus annis gerere potuisset officium consulatus. Unde per expressionem nominis eius de certo anno constare non posset et, cum in denominatione mensis non constet, cuius anni mensis existat, non ita per expressionem mensis sicut et anni ad subornandum testes occasio posset assumi.

Hiis autem et aliis hincinde propositis, cum ad ultimum accusator expresserit archiepiscopum eo anno commisisse symonie crimen obiectum, quo fuit ad[r)] archiepiscopatum electus[r)], promittendo archidiaconatum ecclesie Surrentine Ioh(ann)i Ciroleon., quondam canonico Surrentino, si consentiret in ipsum, ac de tempore, quo predicta civitas iuravit Ott(oni), satis manifeste constaret, ad contestationem litis inficiante archiepiscopo crimina sibi apposita[s)] est processum. Confessus est tamen, quod, postquam civitas iuravit Ott(oni), multociens celebravit. Productis autem ex parte archiepiscopi quibusdam testibus
* fol. 164[r] ad probandam exceptionem obiectam, cum huiusmodi * protestatione M(athei), scilicet quod post publicationem deposicionum[t)] illorum, si vellet, posset obicere in personas,

---

[n)] *Migne:* pontifis. [o)] *Bosquet, Migne:* fuisse. [p)] *Bosquet, Migne:* debent. [q)] *Bosquet, Migne:* consules. [r–r)] *Bosquet, Migne:* archiepiscopatum adeptus. [s)] *Bosquet, Migne:* opposita. [t)] deposicione(m); depositionum *bei Bosquet und Migne.*

[12]) *Decretum Gratiani* C. 16 q. 7 c. 15 (Friedberg, *CorpIC*, I 805).

[13]) Vgl. *Decretum Gratiani* C. 2 q. 8 c. 5 II. pars § 2 (Friedberg, *CorpIC*, I 504); Tancred, Ordo iudiciarius, 2. 8 (Ed. Bergmann 162f.).

quia illis archiepiscopus contentus esse nolebat, depositiones ipsorum minime publicantes receptionem testium tam super principali quam super exceptione predicta de consensu partium fraternitati tue duximus committendam per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus testes, quos utraque pars duxerit producendos, diligenter examines et eorum dicta conscripta fideliter ad nos sub tuo conclusa sigillo transmittas prefigens partibus terminum competentem, quo nostro conspectui[u)] se[u)] representent. Ceterum quoniam a principio protestatus est prefatus M(atheus) nobilem virum Simonem de Surrentin.[v)] germanum archiepiscopi memorati et quosdam alios ipsius archiepiscopi consanguineos multa impedimenta per suam potentiam prestitisse, quominus probationis copiam in nostra presentia secum habuerit, cum quosdam induxerint ad iurandum, ne adversus archiepiscopum aliquid dicerent, et alios minis ac terroribus a perhibendo testimonio nitantur[w)] arcere, nos ex officio nostro super hoc providere volentes mandamus, ut generaliter[x)] feras excommunicationis sententiam in omnes, qui aliquod impedimentum ipsi M(atheo) prestare presumpserint in testibus producendis. Illos autem, quos[y)], sicut dictum est, iurasse constiterit, quod contra archiepiscopum nichil dicerent, denunties iuramento huiusmodi non teneri, quominus valeant in hac causa perhibere testimonium veritati. Si quis autem de consanguineis archiepiscopi aliquem[z)] de testibus presumpserit impedire, quia verisimile non videtur, ut eo invito talia fierent, et ob hoc non caret scrupulo societatis occulte[14)], eo quod, si voluerit, poterit prohibere, cum secundum legittimas sanctiones ostendat se iniquam litem fovere, ac experiri debeat iudicis auctoritatem elusam, qui defensionis copiam subtrait adversario[15)], eundem archiepiscopum ab officio pontificali suspendas et facias sublato appellationis obstaculo manere suspensum, donec illum fecerit a tali presumptione cessare.

Tu denique, frater archiepiscope, et cetera.

Datum Laterani, VIII Idus Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

143 (140).

Innocenz III. trägt dem Bischof (Jakob) von Turin auf, die Resignation des Bischofs (Hugo) von Acqui entgegenzunehmen und ihn nötigenfalls mit geistlichen Strafen dazu zu zwingen, die gegen ihn verhängte Suspension aufzuheben und ihm aus den Einkünften der Kirche von Acqui eine angemessene Versorgung zu verschaffen und dem Domkapitel von Acqui aufzutragen, einen geeigneten Nachfolger zu wählen, trotz des päpstlichen Privilegs für Alessandria, dass die Alessandriner verwirkt haben.

Lateran, 1213 November 12.

Reg. Vat. 8, fol. 164r ⟨Nr. 140 *bzw.* 141[a)]*⟩.*

Bosquet 656 Nr. 140 = Baluze II 815, Nr. 140 = Migne, PL, 216, 932, Nr. 140. – Potth. Reg. 4847; BFW 6163.

[u–u)] *Bosquet, Migne:* se conspectui. [v)] *Baluze, Migne:* Surrento. [w)] *Bosquet:* nituntur. [x)] *Bosquet, Migne:* generalem. [y)] q(uo)d; quos *bei Bosquet und Migne.* [z)] *Bosquet, Migne:* aliquos.

[14)] S. Br. XVI 12 Anm. 13.

[15)] Vgl. Codex 2. 6. 7. 3 (Ed. Krueger 98), nahezu wörtlich übernommen in *Decretum Gratiani* C. 3 q. 7 c. 2 II. pars § 14 (Friedberg, *CorpIC*, I 526), *JL* 13980 (Alexander III.) = Gilb. 2. 16. 1 = Gilb. Brux. 2. 16. 1 = Comp. II 2. 15. 1 = Coll. Fuld. 2. 19. 2 = X 2. 21. 4 (Friedberg, *CorpIC*, II 342).

143. [a)] *Korr. vielleicht aus* 136.

Episcopo Taurinensi[1]**.**

Venerabilis frater noster Aquensis episcopus[2] nobis per litteras suas humiliter supplicavit, ut eundem senectute confectum a sollicitudine pontificalis officii absolvere dignaremur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus cessionem ipsius recipias vice nostra, ipsum, si a cedendi proposito forte[b] destiterit, ad id per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellendo, eius autem cessione recepta relaxes suspensionis sententiam, quam dilecti filii abbas sancti Steph(an)i Bononien(sis)[3] et magister Gra(tia)[c, 4] in eum auctoritate nostra protulisse[5] noscuntur, ac sibi de proventibus Aquensis ecclesie iuxta facultates ipsius et neccessitatem persone provisionem congruam facias assignari, iniungens capitulo eiusdem ecclesie, ut personam idoneam sibi per canonicam electionem preficiant in pastorem, non obstante privilegio Alexandrinis ab apostolica sede concesso, cum eodem reddiderint se indignos[6].

Tu denique, frater episcope, et cetera.

Datum Laterani, II Idus Novembris, pontificatus[d] nostri[d] anno sextodecimo.

144 (141).

Innocenz III. ernennt, wie von einer Delegation des Domkapitels von Mailand erbeten, einen Erzbischof, und zwar den Domthesaurar Heinrich, und befiehlt den Domkanonikern, ihm Ehrerbietung und Gehorsam zu erweisen.

Lateran, 1213 November 7.

Reg. Vat. 8, fol. 164r ⟨*Nr.* 141 *bzw.* 142[a]⟩.
Bosquet 657, Nr. 141 = Baluze II 815, Nr. 141 = Migne, PL, 216, 932, Nr. 141. – Potth. Reg. 4845.

---

[b]) fore; forte *bei Bosquet und Migne.* [c]) Gla.; Gra. *bei Bosquet und Migne; s. Anm. 4.* [d–d]) *Fehlt bei Baluze und Migne.*

143. [1]) Jakob (I.) di Carisio, Domkanoniker von Vercelli, B. von Turin 1206/1207–1226. Vgl. Savio, *Piemonte*, 369; Semeria, *Storia*, 122–128; Casiraghi, *Vescovi e città*, 664–668.

[2]) Hugo Tornielli, 1172 als Domkanoniker, 1176 als Archidiakon von Novara bezeugt (bis 1218, der Nachfolger 1219: vgl. Behrmann, *Domkapitel*, 57 mit Anm. 200, 286, 309), B. von Acqui 1183, von Alessandria und Acqui 1205, gest. ca. 1218. Vgl. Alberzoni, *Ugo Tornielli*.

[3]) S. Br. XVI 29 Anm. 43.

[4]) Magister Grazia, 1206–1213 in Bologna als Jurist und mehrfach als delegierter Richter bezeugt, Kaplan Honorius' III., Archidiakon von Bologna 1219–1224, B. von Parma 1224–1236. S. Br. XIII 138 (140). Vgl. Sarti–Fattorini, *De claris Archigymnasii Bononiensis professoribus*, I 646; II 256, Nr. 9, Anm. 2; *DBI* 58 (2002) 780–783.

[5]) B. Hugo war wegen versuchter Bestechung an der Kurie suspendiert worden: Br. XIV 114 vom 12. Oktober 1211; vgl. dell'Asta, *I molti volti*, 201f.; Zutshi, *Proctors*, 41.

[6]) Die Vereinigung der Diözesen von Acqui und Alessandria, die Innocenz III. im Juni 1206 bestätigt hatte (Br. IX 82, 83), ist hiermit, wie im Oktober 1212 (Br. XV 191 [189] a pari) als Sanktion für die Parteinahme der Alessandriner für Otto IV. angedroht, aufgehoben. S. auch Br. XVI 61 (58). Vgl. auch Alberzoni, *Ugo Tornielli*, 197f.

144. [a]) *Korr. vielleicht aus* 137.

Capitulo Mediolanensi[1]**.**

Receptis litteris nostris, quibus dedimus[b] vobis[b] in mandatis, ut causam electionum et postulationis in vestra celebratarum ecclesia[2], quam dudum ad petitionem vestram duximus committendam, coram iudicibus, quibus illam commisimus[3], usque ad festum sancte Crucis[4] proxime[c] preteritum finaliter prosequi studeretis, alioquin extunc procuratores idoneos procuraretis[d] ad nostram[d] presentiam destinare pastorem, quem Domino inspirante vobis et eidem providerimus ecclesie, recepturos[5], nuper dilectos filios Alkerium[e], subdiaconum nostrum[6], Steph(anu)m [Balbum][f, 7] et Will(el)mum[8], concanonicos vestros, ad sedem apostolicam cum vestris litteris destinastis, cum multimoda gratiarum actione mandatum nostrum humiliter admissuros suppliciter postulantes, ut, quem mallemus, de gremio ecclesie vestre vobis dignaremur concedere in pastorem. Nos autem super hoc deliberatione habita diligenti suspitionis et dissentionis materiam vitare volentes dilectum filium Henricum, cimiliarcam[g] ecclesie vestre[9], virum providum et honestum, in pastorem vobis duximus concedendum per apostolica scripta precipiendo[h] mandantes, quatenus ei tamquam pastori vestro reverentiam et obedientiam impendatis debitam ac devotam.

Datum Laterani, VII Idus Novembris, pontificatus[i] nostri[i] anno sextodecimo.

[b–b]) *Bosquet, Migne:* vobis dedimus. [c]) *Bosquet, Migne:* proximo. [d–d]) *Bosquet, Migne:* ad nostram curaretis. [e]) *Bosquet:* … Alkerium. [f]) *So Bosquet und Migne.* [g]) *Bosquet, Migne:* cimiliarcham. [h]) *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [i–i]) *Fehlt bei Baluze und Migne.*

144. [1]) Domkapitel von Mailand.

[2]) Nach dem Tod des Elekten Gerhard von Sesso Ende 1211 waren der Archidiakon Wilhelm da Rizolio und der Archipresbyter Wilhelm Balbo gewählt bzw. der B. Ariprand von Vercelli (s. Br. XVI 54 [51]) Anm. 8) postuliert worden: S. Br. XV 112.

[3]) Der Bischof Obizzo und der Archidiakon von Parma sowie der Abt Guidotus von San Giovanni Evangelista in Parma: Br. XV 112 vom 7. Juni 1212.

[4]) 14. September 1213.

[5]) Der Tod des prominentesten Kandidaten, des B. Ariprand von Vercelli, am 26. September 1213, hatte wohl das Domkapitel veranlasst, einen EB. vom Papst zu erbitten.

[6]) Alcherius da Terzago, päpstlicher Subdiakon, 1216–1232 als Propst von S. Giorgio al Palazzo in Mailand bezeugt, 1220 Ordinarius, 1225 primicerius maior von Mailand, bezeugt bis 1240. Vgl. Baroni, *Atti*, 215 (Index); Grillo, *Milano*, 333 mit Anm. 110, 576; Tessera, *Canonici*, 295f.; Pellegrini, *„Ordo maior“*, 46, 113–115.

[7]) Magister Stephanus Balbo (Balbus, Barbus), 1225 als Subdiakon in der Domkirche von Mailand bezeugt, 1231 als Archidiakon, 1232 als Ordinarius, 1222 als Kanoniker von S. Vittore in Varese, bezeugt bis 1235. Vgl. Baroni, *Atti*, 99, Nr. 115; 124, Nr. 142; 166, Nr. 181; 168, Nr. 183; Grillo, *Milano*, 313, Anm. 22; Pellegrini, *„Ordo maior“*, 287.

[8]) Vielleicht Wilhelm Rana (Cagarana), 1220–1231 als ordinarius der Kirche von Mailand bezeugt. Vgl. Baroni, *Atti*, 89, Nr. 104; 124, Nr. 142; 166, Nr. 181; Pellegrini, *„Ordo maior“*, 46, 195. Oder Wilhelm Pusterla, bezeugt 1225–1235. Vgl. Baroni, *Atti*, Nr. 142, S. 125; Nr. 144, S. 128; 166, Nr. 182; 180, Nr. 196; Pellegrini, *„Ordo maior“*, 46, 196.

[9]) Heinrich von Settala, als päpstlicher Subdiakon 1198 genannt (Br. I 120), als Domthesaurar (cimiliarcha) von Mailand bezeugt 1210, EB. 1213–1230. Vgl. *Dizionario della Chiesa ambrosiana* 2 (1988) 1108–1111; *Dict. HGE* 23 (1990) 1227–1230; *DBI* 92 (2018) 312–316; Alberzoni, *Conflitto*, 238–244.

145 (142).

Innocenz III. erklärt die Wahl des Propstes zum Abt von Farfa, die durch Simonie erfolgt ist und um deren päpstliche Bestätigung nicht angesucht wurde, für ungültig, löst die Mönche vom Gehorsam und die Laien vom Treueid, die dieser voreilig entgegengenommen hat, und befiehlt dem Prior und Konvent, einen neuen Abt zu wählen, wobei er Alle exkommuniziert, die gegen ihr Gewissen jemanden wählen, für welchen Geschenke und Versprechungen getätigt werden; sollte dies aufgedeckt werden, sollen sie aus der Abtei ausgeschlossen werden. Weiters befiehlt er, dieses Schreiben vor dem Klerus und Volk zu verlesen und öffentlich kundzutun.

Lateran, 1213 November 16.

Reg. Vat. 8, fol. 164^{r}–164^{v} ⟨Nr. 142 *bzw.* 143[a)]⟩.
Bosquet 657, Nr. 142 = Baluze II 815, Nr. 142 = Migne, PL, 216, 933, Nr. 142. – Potth. Reg. 4851.

Priori et conventui Farfen(sibus)[b, 1)].

Quoniam[c)] graviter et enormiter propter[d)] intrinsecam et extrinsecam pestem in spiritualibus et temporalibus a longo iam tempore Farfense monasterium sit collapsum, manifesta demonstrant indicia et certa comprobant argumenta. Nos autem, quibus divinitus omnium ecclesiarum est sollicitudo commissa, frequenter ad eius curationem intendimus, sed propter letalem cordis[e)] plagam[e)] et capitis, que quasi a planta pedis usque ad verticem corpus infecit, nondum illam potuimus ex toto curare, ut dicere valeamus: ‹‹Curavimus
vgl. Ier 51, 9 Babilonem et non est sanata››. Nunc vero tempus advenit, ut, si ei capud preficiatur idoneum, totum corpus valeat a langore curari. Verum mirari cogimur et moveri, quod nobis inrequisitis penitus et contemptis, qui Deo teste ad reformationem ipsius monasterii pura semper intentione processimus, vos ad electionem abbatis de preposito faciendam [pre]propere[f)] processistis, qui, ut de ceteris taceamus, in tante presumptionis et ambitionis arrogantiam est elatus, ut, antequam confirmatio postularetur a nobis[2)], quin etiam prius, quam quicquam nobis de ipsius fuisset electione relatum, presumpserit monachorum obedientias et laicorum fidelitates recipere in choro, in capitulo, in refectorio et in camera locum abbatis usurpans, recipiendo munitiones et castra seque Farfensem electum non solum gerere, sed et scribere non expavit, sicut per iuramenta constitit monachorum, quorum nonnulli super pravitate simoniaca requisiti tam de auditu quam etiam de credulitate[g)] testimonium perhibuere iurati[3)].

Nos igitur ecclesiastice puritatis zelo succensi[h)], quod tam improbe factum est, irritantes, universos ab obedientia et fidelitate illi prestita decernimus auctoritate apostolica penitus absolutos, districte precipientes eidem, ut[i)], si periculum vult ordinis evitare, de ipsa electione se nullatenus intromittat, sed in continenti universa resignet, que tali occasione recepit, ac deinde vocatis omnibus, ad quos spectat electio, Deum habentes pre
vgl. Ps 53, 5 oculis talem personam sive de ipso monasterio sive de alio vobis * eligatis regulariter in
* fol. 164^{v} abbatem, cui[j)] nichil obsistat de canonicis institutis. Nos enim ex parte Dei omnipotentis

---

145. [a)] *Korr. vielleicht aus* 138. [b)] *Passim* Farsen-; Farfen- *bei Bosquet und Migne.* [c)] *Baluze, Migne:* Quam. [d)] *Fehlt bei Migne.* [e–e)] *Bosquet, Migne:* plagam cordis. [f)] *So Bosquet und Migne.* [g)] crudelitate; credulitate *bei Bosquet und Migne.* [h)] successi; succensi *bei Bosquet und Migne.* [i)] *Fehlt bei Bosquet.* [j)] cum; cui *bei Bosquet und Migne.*

145. [1)] Ben.-Abtei Farfa, Diöz. Sabina, Prov. Rieti.
[2)] Vgl. Pfaff, *St. Peters Abteien*, 183.
[3)] Die Episode fällt zwischen die Abbatiate von Gentilis (I.) (1198–1213) und Matthäus (I.) (bezeugt 1214 Mai 3). Vgl. Marini, *Serie*, 21f.; Schuster, *Farfa*, 295–298; *Dict. HGE* 16 (1967) 552.

Patris et Filii et Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostra excommunicamus et anathematizamus omnes et singulos, qui contra conscientiam suam quemquam nominare vel eligere presumpserint in abbatem, maxime pro quo sciant aut credant donationem sive promissionem factam esse aut etiam faciendam et, si aliquo tempore de tali fuerint reatu detecti, sciant se ab ipso monasterio perpetuo removendos. Has denique litteras districte precipimus coram clero et populo publice legi et diligenter exponi, ne valeant excusari, si qui forte presumpserint mandatis apostolicis obviare.

Datum Laterani, XVI Kal. Decembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

146 (143).

Innocenz III. nimmt zur Kenntnis, dass sein Schreiben an den Dompropst G(arsendinus) von Ferrara, der die Einkünfte der römischen Kirche aus der Massa di Ficarolo und aus Ferrara einheben sollte, diesen nicht erreicht hat, erklärt jegliche Übertragung dieser Einkünfte durch den Markgrafen (Azzo) von Este an Ferrareser für ungültig und trägt dem Dompropst auf, dies öffentlich zu erklären, die Einkünfte einzuheben und zu bewahren, Entfremdetes zurückzufordern, gegen Zuwiderhandelnde mit kirchlichen Strafen vorzugehen und ihm darüber zu berichten.

Lateran, 1213 November 20.

Reg. Vat. 8, fol. 164^{v} ⟨Nr. 143 *bzw.* 144[a)]*⟩.*

Bosquet 658, Nr. 143 = Baluze II 816, Nr. 143 = Migne, PL, 216, 934, Nr. 143. – Potth. Reg. 4852; BFW 6164.

G(arsendino), Ferrariensi preposito[1)].

De tua confisi prudentia et potentia post obitum bone memorie Ferrariensis episcopi[2)] curam et administrationem Masse Ficaroli[3)] tibi duximus committendam mandantes, ut redditus tam ipsius Masse quam civitatis Ferrariensis, quos Romana ecclesia percipere consuevit[4)], nomine nostro colligeres et fideliter conservares. Verum, sicut ex tuis accepimus litteris, ad te non pervenit illud mandatum; unde credimus ipsum non sine malitia fuisse suppressum. De illis autem redditibus ad ecclesiam Romanam spectantibus, quos quidam Ferrarienses, sicut intelleximus, ex concessione clare memorie marchionis[b)] Estensis[5)] percipiunt, scire te volumus concessiones huiusmodi non esse factas de nostre arbitrio voluntatis[6)]; unde nos ipsas decernimus et tu de mandato nostro denunties irritas et inanes.

---

146. [a)] *Korr. aus* 139. [b)] *Bosquet:* .. Marchionis.

146. [1)] S. Br. XVI 104 (101) Anm. 1.

[2)] Der Kanonist Huguccio von Pisa, B. von Ferrara 1190, gest. 30. April 1210. Vgl. Müller, *Huguccio*, 15f. Danach war das Bistum bis zum Amtsantritt B. Rolands (III.) im September 1214 vakant. S. Br. XIV 75 (76) zur strittigen Wahl.

[3)] S. Br. XVI 104 (101) Anm. 2.

[4)] Vgl. Fabre–Duchesne, *Liber Censuum*, I 119–123.

[5)] S. Br. XVI 105 (102) Anm. 2.

[6)] Die Familie des Garsendinus unterstützte Salinguerra Torelli, den zu dieser Zeit erfolgreicheren Rivalen der Este in Ferrara. Vgl. Samaritani, *Inserzione*, 10; auch Benati–Samaritani, *Chiesa di Ferrara*, 303f.

Tu igitur redditus ipsos et alios ad Romanam ecclesiam pertinentes tam in Ferraria quam in Massa predicta nomine nostro recolligas et studeas conservare. Que vero male alienata vel concessa reppereris, auctoritate sedis apostolice revoces, contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quicquid autem super hiis feceris, nobis rescribere non postponas.

Datum Laterani, XII Kal. Decembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

147 (144).

Innocenz III. befiehlt dem Abt (Arnulf) von Saint-Pierre in Auxerre, dem Domdekan (Nikolaus) von Troyes und dem Sakristan von Auxerre, im Fall des Bürgermeisters und der Räte von Sens, die wegen Übergriffen gegen die Abtei Saint-Pierre-le-Vif vom Offizial P(hilipp) des Erzbischofs (Peter) von Sens mehrfach exkommuniziert und deren Stadt mit dem Interdikt belegt wurde, die danach die Auflagen des Kardinallegaten R(obert) von S. Stefano in Celiomonte für die Absolution nicht erfüllt haben, diese, wenn sie nicht ihrem Versprechen gemäß Genugtuung leisten und dem Erzbischof Bürgen stellen, erneut mit Exkommunikation und Interdikt zu belegen; sollten sie die Auflagen erfüllen, sollen die Delegaten die gegen sie gefällten Urteile untersuchen und, falls sie diese für ungerechtfertigt befinden, sie und ihre Bürgen von der Verpflichtung zur Entschädigung freisprechen und selbst entschädigen lassen; andernfalls sollen sie sie und ihre Bürgen, nötigenfalls mit kirchlichen Strafen, zur Entschädigung zwingen.

Lateran, 1213 November 13.

Reg. Vat. 8, fol. 164^{v} ⟨ Nr. 144 *bzw.* 145[a)]⟩.

Bosquet 659, Nr. 144 = Baluze II 816, Nr. 144 = Migne, PL, 216, 934, Nr. 144. – Potth. Reg. 4848; Bréquigny, Table chronologique, IV 568.

Abbati sancti Petri Antisiodoren(sis)[b, 1)], decano Trecensi[2)] et sacriste Antisidorensi[c)].

Significavit nobis venerabilis frater noster ..[d)] archiepiscopus Senonensis[3)], quod, cum dilectus filius abbas sancti Petri Uiui[4)] olim bona quondam Menardi defuncti, hominis ecclesie sue, tamquam res proprias et sibi debitas accepisset et ipsas ad mandatum maioris et parium Senonensium reddere vel recredere non curasset, ipsi homines ecclesie iamdicte auctoritate propria capere presumpserunt, licet[e)] postmodum ad mandatum dilecti filii

---

147. [a)] *Korr. aus* 140. [b)] *Bosquet:* Altisiodoren.*; so auch Migne. So auch in den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 51^{v}).* [c)] *Bosquet:* Altisiodoren.*; so auch Migne.* [d)] *Fehlt bei Bosquet.* [e)] *Bosquet, Migne:* et licet.

147. [1)] Arnulf, Abt von Saint-Pierre(-en-Vallée) (Augustiner-Stift, seit 1167 Abtei in Auxerre, Dép. Yonne) 1195–1224. Vgl. *Gallia Christiana* XII 436.

[2)] Nikolaus de Maso, als Domdekan von Troyes (Suffr. von Sens) bezeugt 1211–1218. Vgl. *Gallia Christiana* XII 526; Lalore, *Cartulaire Saint-Pierre*, 137, Nr. 130; 139, Nr. 132; 141, Nr. 136; 144, Nr. 142; Legendre, *Fasti XXIII: Troyes*, 350.

[3)] S. Br. XVI 17 Anm. 1.

[4)] Hulderius, Abt von Saint-Pierre-le-Vif (Ben.-Abtei in Sens) 1210–ca. 1215. Vgl. *Gallia Christiana* XII 140; Chronique de Saint-Pierre-de-Vif (ed. Bautier–Gilles) 230f. mit Anm. 4; Bouvier, *Abbaye*, 120f.

P(hilippi), officialis prefati archiepiscopi[5], restituerint viros illos, quia tamen post hec dicti cives admoniti sepius recusarunt abbati[f] predicto iniuriam de captione suorum hominum emendare, prout idem officialis per sententiam diffinivit, excommunicavit officialis eosdem, propter quod ipsi plusquam duodecim homines ecclesie sancti Petri iterum[g] capere[g] presumpserunt ipsos Senonis[h] in carcerem detrudentes; quos quia pluries requisiti reddere vel recredere noluerunt, denuo dictus officialis eos excommunicationis pene subiecit et civitatem Senonensem, in qua tenebantur in carcere religati homines ecclesie memorate, supposuit interdicto. Consequenter vero dicti cives propter suam contumaciam manifestam, qua[i] respondere in Senonensi curia contempserunt occasionem frivolam pretendendo, et quia noluerunt securos reddere homines ecclesie sancti Petri, sicut per officialis prefati sententiam fuerat diffinitum, necnon et quia reddere noluerunt res cuiusdam femine ipsius ecclesie, quas ceperant, iterato per dictum officialem insuper triplici excommunicationis laqueo sunt astricti, sicque tam gravi pene quinquies subici[j] meruerunt.

Postmodum autem ad partes illas accedens dilectus filius R(obertus), tituli sancti Steph(an)i in Celiomonte presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus[6], et coram se utramque partem faciens presentari prescriptis maiori et paribus[k] recepto prius ab ipsis corporaliter iuramento, quod mandatis eius in omnibus et per omnia obedirent, beneficium absolutionis impendit precipiens eis firmiter in virtute prestiti iuramenti, quod ecclesie predicte captos homines liberarent et emendas tribuerent ac insuper de solvendis excommunicationum emendis necnon et de restituendis integre universis, que restituenda forent, fideiussores idoneos exhiberent, sicut presentate nobis ipsius legati littere continebant. Ipsi vero, licet homines liberarint, spreta tamen postmodum in suarum periculum animarum religione prestiti iuramenti mandatum ipsius cardinalis implere de faciendis emendis et fideiussionibus exhibendis penitus contempserunt, sicut per litteras executorum prefati legati nobis constitit manifeste.

Cum igitur cardinalis predictus in negotio crucis Dominice promovendo multipliciter occupatus[7] decisioni huius cause non valeat absque dispendio interesse nec velimus tantam contumaciam, totque iniurias, que asseruntur Christi ecclesie irrogate, surdis auribus pertransire, volentes etiam dictorum maioris et civium spirituali periculo precavere, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus, nisi dicti maior et pares emendas fecerint et de solvendis, emendis et restituendis integre universis, que propter hoc[l] restituere tenebuntur, fideiussores [idoneos][m] dederint archiepiscopo memorato, prout eis dictus cardinalis precepit, sub debito prestiti iuramenti, vos ipsos auctoritate nostra in priores excommunicationum sencentias appellatione postposita reducatis, fatientes easdem cum interdicti sententia usque ad satisfactionem congruam inviolabiliter observari. Si vero prescripti maior et pares predicta fecerint universa, sicut superius est expressum, audiatis, que partes hincinde contra suprascriptas sententias vel pro ipsis duxerint proponenda, et si forsan infra certum tempus, quod eis duxeritis prefigendum, legittime vobis constiterit iniuste fuisse latas sententias antedictas, ipsos cives ac fideiussores eorum ab emendis penitus absolvatis et faciatis eis[n] congrue satisfieri de iniuriis irrogatis. Alioquin tam ipsos

---

[f]) *Bosquet:* … Abbati. [g-g]) *Bosquet, Migne:* capere iterum. [h]) Senonen-*; so auch Bosquet;* Senonis *bei Baluze und Migne.* [i]) *Baluze, Migne:* quia. [j]) *Bosquet:* subijci*; Migne:* subjici. [k]) p(ar)tib(us); paribus bei *Bosquet und Migne; s. auch oben S. 264 Z. 28 und unten Z. 30 und 36.* [l]) *Bosquet, Migne:* haec. [m]) *So Bosquet und Migne.* [n]) *Baluze, Migne:* ei.

[5]) Magister Philipp, als Offizial von Sens bezeugt 1203–1218. Vgl. Tabbagh, *Fasti XI: Sens*, 440.
[6]) S. Br. XVI 17 Anm. 6.
[7]) S. Br. XVI 29 a pari, 31–33.

quam fideiussores eorum ad satisfaciendum plenarie de iniuriis et emendis et restituendum omnia, que propter hoc restituere tenebuntur, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera. Tu denique, fili abbas, et cetera.

Datum Laterani, Id(us) Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

148 (145).

Innocenz III. teilt den seinerzeit von ihm mit der Visitation der Abtei Saint-Josse(-sur-Mer) betrauten Äbten (Lambert) von Clairmarais und (Hugo) von Longvillers und dem Landdekan von Montreuil(-sur-Mer) mit, dass er für ungültig erklärt, was aufgrund eines allgemeinen vom Bischof (Evrardus) von Amiens impetrierten Mandats zur Visitation der Klöster seiner Diözese von den vom Bischof nominierten Visitatoren gegen den Abt und die Abtei Saint-Josse verfügt wurde, und trägt ihnen auf, etwaige Korrektionsvorschläge des Bischofs zu hören, wenn sie gemäß des zuvor an sie ergangenen Mandats die Abtei neuerlich visitieren.

Lateran, 1213 November 14.

Reg. Vat. 8, fol. 164^{v}–165^{r} ⟨Nr. 145 *bzw.* 146[a)]⟩.

Bosquet 660, Nr. 145 = Baluze II 817, Nr. 145 = Migne, PL, 216, 936, Nr. 145. – Potth. Reg. 4849; Bréquigny, Table chronologique, IV 568; Wauters, Table chronologique, III 393.

De Claromarisco[1)] et ..[b)] de Longauillari[c, 2)] abbatibus et decano christianitatis de Mosterolo[3)], Morinensis et Ambianensis diocesum.

Dilectus filius abbas sancti Iudoci[4)] proposuit coram nobis, quod, cum olim propter alleviationem oneris debitorum, quibus eius monasterium premebatur, et deprimendam quorundam[d)] contumatiam[d)] monachorum apostolice sedis auxilium implorasset, ad petitionem ipsius vobis dedimus in mandatis, ut ad dictum monasterium personaliter accedentes ei vice nostra visitationis impenderetis officium corrigendo et * reformando in ipso, * fol. 165^{r} que inveniretis correctionis et reformationis officio indigere[5)]. Vos autem huius auctoritate mandati quedam pro parte in ipso monasterio correxistis iurisdictione vobis in aliis reservata, ut certo tempore rediretis ad statum ipsius monasterii plenarie reformandum. Interim autem per nuntium venerabilis fratris nostri Ambianensis episcopi[6)] ad abbatem et

148. [a)] *Korr. aus* 141. [b)] *Fehlt bei Bosquet.* [c)] *Bosquet, Migne:* Longouillari. [d–d)] *Durch Zeichen umgestellt aus:* contumatia(m) quor(un)dam.

148. [1)] Lambert (I.), Abt von Clairmarais (Zist.-Abtei bei Saint-Omer, Diöz. Thérouanne, Dép. Pas-de-Calais) 1208–1222. Vgl. *Gallia Christiana* III 527; *Dict. HGE* 12 (1953) 1047.

[2)] Hugo, als Abt von Longvillers (Zist.-Abtei, Diöz. Amiens, Cant. Étaples, Arr. Montreuil-sur-Mer, Dép. Pas-de-Calais) 1192–1215. Vgl. *Gallia Christiana* X 1616.

[3)] Landdekan von Montreuil-sur-Mer (Diöz. Amiens). In Br. XIII 173 (175) Bd. 13 S. 259 Z. 19 mit Anm. 3 wurde „decano Mosteroli" eher irrig auf den Dekan der Kollegiatkirche Saint-Firmin in Montreuil-sur-Mer bezogen.

[4)] Florentius (II.), als Abt von Saint-Josse-sur-Mer (Ben.-Abtei, Diöz. Amiens, Cant., Arr. Montreuil-sur-Mer) bezeugt ab 1203, der Nachfolger Ethardus 1217, 1218. Vgl. *Gallia Christiana* X 1293.

[5)] S. Br. XIII 173 (175) vom 8. November 1210.

[6)] Evrardus von Fouilloy, als Domkanoniker von Arras bezeugt 1198, Domkantor dortselbst 1202/1203–1210, B. von Amiens (Suffr. von Reims) 1211–1222. Vgl. Berger, *Archidiacres*, 519f.; Desportes–Millet, *Fasti III: Amiens*, 52f.

priorem de Gardo[7] diocesana sibi lege subiectos et Attrebatensem prepositum[8], quondam suum concanonicum et speciali sibi familiaritate coniunctum, a sede apostolica quibusdam generalibus litteris impetratis super inquisitione facienda in monasteriis per Ambianensem diocesim constitutis iidem occasione litterarum ipsarum in memorato monasterio sancti Iudoci volebant correctionis officium exercere. Verum, cum abbas et conventus ad eorum citati presentiam rescripti apostolici copiam sibi fieri, ut ex ipsius tenore constaret, si tales inquisitores haberent aliquid iurisdictionis in ipsis, et dari sibi ad deliberandum indutias postularent nec obtinere valerent, ad sedem apostolicam appellarunt[9], sed illi appellatione contempta in eundem abbatem suspensionis, sicut audivit, sententiam promulgarunt, alias in ipsius et quorundam aliorum de monasterio preiudicium perperam procedentes. Unde petebat a nobis abbas predictus eorundem processum irritum nuntiari.

Auditis igitur hiis et aliis propositis coram nobis tam per abbatem eundem quam per magistrum P., nuntium episcopi memorati, qui tamen nuntius de hiis, que proposuit, non potuit facere nobis fidem, quia generale mandatum non derogat speciali[10], presertim cum in eo de speciali mentio non habetur, predicti abbatis de Gardo et collegarum eius processum decrevimus irritum et inanem. Verum, ne sepedictum monasterium tali pretextu plenarie correctionis officio defraudetur, per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus, cum intersit episcopi, ne in sua diocesi monasteria remaneant incorrecta[11], predicto Ambianensi vocato, ut per se vel per nuntium, si velit, intersit, non ut impediat, sed ut in presentia vestra proponat, si quid viderit corrigendum, ad ipsum monasterium personaliter accedatis eidem secundum tenorem precedentium litterarum plene visitationis officium impensuri.

Vos denique, filii abbates, super vobis ipsis et cetera.

Datum Laterani, XVIII Kal. Decembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

149 (146).

Innocenz III. nimmt die Abtei Gembloux in den päpstlichen Schutz, bestätigt den gesamten rechtmäßigen Besitz; die Zehentfreiheit von eigenbewirtschafteten Neubrüchen und Weiden; das Recht, Mönche aufzunehmen und ihnen zu verbieten, die Abtei nach der Profess zu verlassen, außer in eine strengere Regel; eine beschränkte Freiheit vom allgemeinen Interdikt; den unentgeltlichen Empfang der heiligen Öle und Weihen vom Diözesan- oder jedem beliebigen in Gemeinschaft mit dem Papst stehenden Bischof; das Recht, bei jeder Benachteiligung an den Papst zu appellieren; die althergebrachten Gewohnheiten der Abtei und die freie Abtwahl.

Lateran, 1213 November 15.

---

[7]) Zist.-Abtei Le Gard, Diöz. Amiens, Comm. Crouy-Saint-Pierre, Arr. Amiens, Dép. Somme. Als Äbte sind bezeugt: Robert (I.) 1203, 1205; Radulf (I.) 1215. Vgl. *Gallia Christiana* X 1331.

[8]) Wilhelm von Hauboudin, als Domkanoniker von Arras bezeugt seit 1198, Dompropst 1206/1207–1220/1221. Vgl. Berger, *Archidiacres*, 515.

[9]) S. Br. XVI 72 (69) Anm. 8.

[10]) Vgl. Digesten 48. 19. 41; 50. 17. 80 (Ed. Mommsen 817, 870); *JL* 12293 (Alexander III.) = Comp. I 1. 2. 1 = Comp. I 2. 20. 12 = X 1. 3. 1 (Friedberg, *CorpIC*, II 16). Vgl. Kéry, *De plenitudine*, 97.

[11]) S. Br. XVI 75 (72) Anm. 10.

Empfängerüberlieferung: Abschrift des 18. Jhs.: Privilegia Abbatiae Gemblacensis: Namur, Archives de l'État, archives ecclésiastiques, nr. 2687, p. 11–16 (1); Dr.: Miraeus–Foppens, Nova collectio, IV 32 (ex cartulario Gemblacensi) (2); Roland, Recueil, 97, Nr. 77 (teilweise).

Reg. Vat. 8, fol. 165r–165v ⟨Nr. 146 *bzw.* 147[a]*⟩.*

Bosquet 661, Nr. 146 = Baluze II 818, Nr. 146 = Migne, PL, 216, 937, Nr. 146. – Potth. Reg. 4850; Bréquigny, Table chronologique, IV 568; Wauters, Table chronologique, III 393.

Will(elm)o, abbati Gemblacensis monasterii[1], eiusque fratribus tam presentibus quam futuris religiosam vitam professis imperpetuum.

Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessorum nostrorum felicis memorie Innocentii[2], Eugenii[3] et Celestini[4], Romanorum pontificum, vestigiis inherentes prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona et cetera usque[b] illabata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ipsum videlicet monasterium in beatorum Petri et Exuperii honore fundatum, quod utique ipsius burgi principalis ecclesia esse dicitur, cum capella sua, que vocatur sancti Saluatoris, iuxta providentiam tuam et successorum tuorum, fili abbas, tam in temporalibus quam in spiritualibus libere et absque contradictione aliqua disponenda, salvo nimirum iure debito Leodiensis episcopi; similiter etiam villas et capellas de Corcis[5], de Esnagia[6] et de Saluenirii[7] et de Lirul[c, 8] et de Arentim[d, 9] ad predictum locum tam parrochiali quam etiam[e] seculari iure pertinentes; preterea fundum ipsius burgi et terras

---

158. [a)] *Korr. aus* 151.

Decano[1] **et capitulo Eboracen(sibus).**

Cum ecclesiam vestram speciali diligamus in Domino caritate utpote maximum ecclesie Dei membrum, ipsius commodum et honorem sollicite volumus procurare cupientes, ut eidem preferatur[b] annuente Domino talis pastor[2], qui sibi non sit oneri sed honori et qui magis prodesse desideret quam preesse plebem sibi subiectam edificans verbo pariter et exemplo[3]. Cum igitur in cuiuslibet electione pastoris cum multa sit discretione ac prudentia procedendum et omni carnalitate, timore ac amore mundano exclusis timor Domini sanctus pre oculis sit habendus, universitati vestre per apostolica scripta mandamus et sub vgl. Ps 53, 5
divini iudicii obtestatione precipimus, quatenus convenientibus vobis in unum in capitulo ad tractandum de vestri electione pastoris et Spiritus sancti gratia invocata electionem canonicam de persona idonea celebretis cum consilio venerabilis fratris nostri N(icolai)[c], episcopi Tusculani, apostolice sedis legati[4], districtius inhibentes, ne per violentiam aliquam sive fraudem mandatum nostrum deludere quis presumat.

Datum Laterani, X Kal. Ianuarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

159 (156).

Innocenz III. spricht dem Kanoniker Johannes von Saint-Pierre in Lüttich die zwischen diesem und dem Subdiakon G. umstrittene Pfründe in der Kirche von Saint-Pierre zu.

Lateran, 1213 Dezember 24.

Reg. Vat. 8, fol. 166^{r}–166^{v} ⟨ Nr. 156 *bzw.* 157⟩.

Bosquet 668, Nr. 156 = Baluze II 822, Nr. 156 = Migne, PL, 216, 945, Nr. 156; Poncelet, Inventaire, 8, Nr. 18. – Potth. Reg. 4864; Wauters, Table chronologique, III 395.

Iohanni, canonico sancti Petri Leodien(sis)[1]**.**

* [D]iligenter[a] examinatis et perspicaciter intellectis meritis cause, que inter te ac G. * fol. 166^{v}
subdiaconum, Leodiensis diocesis, super prebenda eiusdem ecclesie vertebatur, tibi exigente iusticia prebendam adiudicantes eandem super ea perpetuum silentium memorato subdiacono duximus imponendum.

Nulli ergo omnino[b] hominum liceat hanc paginam nostre diffinitionis infringere et[c] cetera[c]. Si quis autem et cetera[b].

Datum Laterani[d], VIIII Kal. Ianuarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

---

[b]) *Baluze, Migne:* praeficiatur. [c]) *Fehlt bei Bosquet* (F. N.) *und Migne*.

158. [1]) S. Br. XVI 63 (60) Anm. 1.

[2]) Das Erzbistum York war seit dem Tod EB. Gottfrieds Plantagênet (1189/1191–1212) vakant. Vgl. Le Neve–Greenway, *Fasti*, VI 4.

[3]) S. Br. XVI 5 Anm. 9. Vgl. auch *Decretum Gratiani* D. 63 c. 34 (Friedberg, *CorpIC*, I 246).

[4]) S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.

159. [a]) *Die Initiale fehlt und wurde auch nicht vorgemerkt.* [b–b]) *Migne:* etc., diffinitionis, etc., usque incursurum. [c–c]) *Fehlt bei Bosquet.* [d]) *Darnach* K(a)l. Ia- *durchgestrichen.*

159. [1]) Kollegiatstift Saint-Pierre in Lüttich (Liège, Luik).

160 (157).

Innocenz III. bestätigt dem Meister (Hermann) und den Brüdern des Deutschen Ordens den rechtmäßigen Besitz des Hospitals in Friesach und der zur Burg Friesach zu liefernden Zehente, die ihnen Erzbischof E(berhard) von Salzburg übertragen hat.

Lateran, 1213 Dezember 28.

Reg. Vat. 8, fol. 166^{v} ⟨*Nr.* 157 *bzw.* 158[a)]⟩.

Bosquet 688, Nr. 157 = Baluze II 822, Nr. 157 = Migne, PL, 216, 945, Nr. 157; Jaksch, Monumenta Ducatus Carinthiae, IV 70, Nr. 1692. – Potth. Reg. 4866.

Magistro[1)] **et fratribus Hospitalis Teotonicorum.**

Cum a nobis petitur et cetera usque concurrentes assensu, hospitale apud Frisacum[2)] et decimas omnium victualium, que solent adduci in castrum Frisaci[3)], que venerabilis frater noster E(berhardus), Salzeburgensis archiepiscopus[4)], prepositi[5)] et capituli Salzeburgensis ecclesie assensu legittimo accedente ordini vestro intuitu obtulit pietatis, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis et in autentico scripto predictorum archiepiscopi et capituli continetur, vobis et per vos ordini supradicto auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino[b)] hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere[b)] et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Laterani, V Kal. Ianuarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

161 (158).

Innocenz III. weist die Sonderwünsche, die der Erzbischof (Amadeus) von Besançon hinsichtlich des ihm auferlegten Reinigungseides vor den delegierten Richtern, dem Bischof (Wilhelm) von Langres und dem Abt (Heidenreich) von Morimond, und an der Kurie vorgebracht hat, zurück und trägt diesen auf, den Erzbischof, wenn er sich mit dem vom Papst vorgeschriebenen Eid von den Vorwürfen, sich während seiner Amtszeit der Simonie, Bestechlichkeit und Unzucht schuldig gemacht zu haben, reinigen kann, in Frieden zu entlassen, andernfalls ihn gemäß dem vorher an sie ergangenen Auftrag abzusetzen.

Lateran, 1214 Januar 2.

---

160. [a)] *Korr. aus* 152. [b–b)] *Migne:* etc., confirmationis.

160. [1)] Hermann von Salza, Meister des Deutschen Ordens (seit 1189/1190 Spital in Akkon, 1199 Ritterorden) zwischen Juni 1209 und Oktober 1210 (vgl. Favreau, *Studien*, 80) bis 1239, Berater Kaiser Friedrichs II. Vgl. *LMA* 7 (1995) 1230f.; Kluger, *Hochmeister*; Arnold, *Hochmeister*, 12–16; *Prier et combattre* 432f.

[2)] Das Hospital in Friesach (Kärnten), das EB. Eberhard (II.) von Salzburg dem Deutschen Orden am 29./30. Juni 1203 übertragen hatte. Die Urkunde ist in der ebenfalls ungedruckten Bestätigung Papst Honorius' III. vom 27. Juni 1217 inseriert. Vgl. Arnold, *Gründung*, 38–40; Wadl, *Entwicklung*, 29f.

[3)] Die Burg Friesach oberhalb der gleichnamigen Stadt in Kärnten, Zentrum der Kärntner Besitzungen der Erzbischöfe von Salzburg und Sitz des Salzburger Vizedoms. Vgl. Dopsch, *Geschichte Salzburgs*, I/2, bes. 960–962; Wadl, *Entwicklung*, 7–22.

[4)] S. Br. XVI 21 Anm. 1.

[5)] Wernhard, als Dompropst von Salzburg bezeugt 1201–1204. Vgl. Hauthaler–Martin, *Salzburger UB*, III R 262 (Index).

Reg. Vat. 8, fol. 166v ⟨*Nr.* 158 *bzw.* 159[a)]⟩.
Bosquet 669, Nr. 158 = Baluze II 822, Nr. 158 = Migne, PL, 216, 945, Nr. 158. – Coll. Bamb. II 14; X 5. 34. 16. – Potth. Reg. 4869; Bréquigny, Table chronologique, IV 571.

Lingonensi episcopo[1)] et abbati Morimundensi[2)], Cisterciensis ordinis, Lingonensis diocesis.

Recepimus litteras vestras, quibus nobis intimare curastis, quod apostolico suscepto mandato[3)] super indicenda purgatione venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Bisuntino[4)] ad diem sibi prefixum comparuit coram vobis iuramentum purgationis offerens sub hac forma videlicet, quod immunis erat ab illis criminibus, super quibus se purgare debebat; cumque vos diceretis hanc non esse formam canonicam[5)] et super hoc fuisset aliquamdiu disputatum, ipse tandem ad nos vocem appellationis emisit, cui de prudentum virorum consilio detulistis. Ipse vero ad presentiam nostram accedens humiliter supplicavit, ut saltem super purgatione incontinentie dignaremur temperare rigorem, quia non audebat asserere, quod a nativitate sua numquam passus fuerit lapsum carnis. Porro cum ab eo non credatur exactum fuisse huiusmodi iuramentum, potius forte presumitur, quod alia de causa volebat sub prescripta forma iurare, videlicet quod immunis esset ab illis criminibus, de quibus fuerat infamatus, tamquam dimissis per penitentiam iam esset immunis ab illis, sed hoc iurare non parve temeritatis existeret, cum beatus Iob dicat: ‹‹Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignoravit anima mea››, et Salomon: ‹‹Quis potest dicere mundum est cor meum et purus sum a peccato››. Unde Psalmista dicebat: ‹‹Delicta quis intelligit, ab occultis meis[b)] munda me, Domine››, Apostolo attestante: ‹‹Nichil michi conscius sum, non tamen in hoc iustificatus sum››. Iob 9, 21 Prv 20, 9 Ps 18, 13 1Cor 4, 4

Ideoque prescriptam purgationis formam, secundum quam idem archiepiscopus coram vobis obtulit se purgare, penitus reprobamus utpote indiscretam et temerariam necnon incongruam et ineptam, iniungentes eidem, ut, si potuerit et voluerit, sub hac forma se purget secundum sanum intellectum, quem ei duximus exprimendum, videlicet quod illa crimina graviora, id est simoniam, venditionem iusticie atque incontinentiam, de quibus infamatus existit, iuret se minime commisisse, postquam ad archiepiscopalem promotus est dignitatem. Et compurgatores sic iurent, quod credunt eum verum iurasse. Quo facto vos illum dimittatis in pace. Alioquin eum sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo removere curetis a regimine pastorali processuri secundum formam in prioribus litteris nostris expressam.

Quodsi forte non ambo hiis exequendis potueritis interesse, tu, frater episcope, cum dilecto filio .. priore Morimundensi ea nichilominus exequaris[c)]. Vos denique, frater episcope et fili abbas, et cetera.

Datum Laterani, IIII Non. Ianuarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

---

161. [a)] *Korr. aus* 153. [b)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [c)] *Bosquet:* exequeris.

161. [1)] S. Br. XVI 17 Anm. 4.
[2)] S. Br. XVI 66 (63) Anm. 2.
[3)] Br. XVI 66 (63) vom 29. Mai 1213.
[4)] S. Br. XVI 30 Anm. 67.
[5)] S. Br. XVI 66 (63) Anm. 5.

162 (159).

Innocenz III. bestätigt dem Abt G(alterus) und Konvent von Vézelay die Erklärung des Grafen Herveus und der Gräfin Mathilde von Nevers, dass sie sich hinsichtlich ihres Rechtsstreits mit der Abtei verpflichten, die ihnen in Br. XVI 22 übermittelten Auflagen zu erfüllen.

Lateran, 1214 Januar 2.

Reg. Vat. 8, fol. 166^{v}–167^{r} ⟨Nr. 159 *bzw.* 160[a)]*⟩.*

Bosquet 670, Nr. 159 = Baluze II 823, Nr. 159 = Migne, PL, 216, 946, Nr. 159. – Potth. Reg. 4870; Bréquigny, Table chronologique, IV 581.

..[b)] Abbati[1)] et conventui Virziliacen(sibus).

Cum litigantium utilitatis intersit, ne sopite iudicio vel concordia questiones iterum suscitentur, si ea, que provida sunt deliberatione firmata, auctoritatis nostre robur exposcunt[c)], eis grato concurrentes assensu favoris apostolici presidium impertimur. Sane postulastis a nobis, ut concordiam, que inter vos ex parte una et .. comitem ac comitissam[d)] Niuernen(ses)[2)] ex altera super procurationibus, dampnis et iniuriis intervenit, sicut per litteras vestras accepimus, quas de verbo ad verbum iussimus presentibus annotari, dignaremur apostolico munimine roborare. Tenor autem litterarum talis existit:

Sanctissimo patri et domino reverendo Innocentio, Dei gratia summo pontifici, devoti et humiles filii frater G(alterius) dictus abbas et conventus Virziliacen(ses) devota pedum oscula.

Noverit sanctitas vestra, quod dominus Herueus comes et Matildis comitissa Niuernen(ses) fecerunt nobis autenticum instrumentum, cuius tenor talis[e)] est[e)]:

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Herueus comes et Matildis comitissa Niuernen(ses) salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod, cum inter nos ex una parte et abbatem[f)] et conventum[g)] monasterii Virziliacensis ex altera super quibusdam procurationibus annuis, dampnis et iniuriis questio verteretur[h)], tandem mandavimus domino pape, quod per omnia volebamus in hac causa ipsius obtemperare mandatis. Ipse vero communicato fratrum consilio[i)] suorum[i)] scripsit in hunc modum[3)]:

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo et dilectis filiis abbati sancti Victoris et cancellario, Parisien(sibus), salutem et apostolicam benedictionem. Cum pro questione, que inter nobilem virum H(erueum), comitem Niuernensem, ex parte una et dilectos filios abbatem et conventum monasterii Virziliacensis, diocesis Eduensis, ex altera super quibusdam procurationibus annuis, dampnis et iniuriis vertebatur, ipsius nobilis et partis alterius procuratores ad nostram presentiam accessissent et in ea fuisset aliquamdiu coram nobis prudenter et provide disputatum, tandem ex parte nobilis antedicti relatione suorum procuratorum accepimus, quod ipso volens per omnia complacere nostre beneplacito voluntatis, paratus [erat][j)] in hac causa nostris obtemperare mandatis. Nos

---

162. [a)] *Korr. aus* 154. [b)] *Fehlt bei Bosquet.* [c)] *Bosquet, Migne:* exposcant. [d)] *Bosquet:* … Comitissam. [e–e)] *Bosquet, Migne:* est talis. [f)] *Bosquet:* … Abbatem. [g)] *Bosquet:* contum. [h)] verteret *(möglicherweise ist die* ur*-Kürzung am Zeilenende auch nicht mehr sichtbar);* verteretur *bei Bosquet und Migne.* [i–i)] *Bosquet, Migne:* suorum consilio. [j)] *So Bosquet und Migne; s. auch Br. XVI 22 S. 42 Z. 12.*

162. [1)] S. Br. XVI 22 Anm. 2.
[2)] S. Br. XVI 22 Anm. 1 und 6.
[3)] Br. XVI 22 a pari.

autem communicato fratrum nostrorum[k)] consilio hoc duximus iniungendum, ut, cum ipse et successores sui comites Niuernenses in festo Paschali ad monasterium accesserint memoratum, nomine procurationis centum librarum usualis monete, que pro tempore curret, sint summa contenti, tantu(n)dem in festo beate Marie Magdalene procurationis nomine recepturi, si ad monasterium accesserint supradictum, ad protectionem eiusdem monasterii, secundum quod de iure tenentur, dantes operam efficacem. Ut ergo super hoc nulla possit imposterum via patere calumpnie, mandavimus, ut predictus nobilis et uxor ipsius per autenticum instrumentum abbati et conventui monasterii eiusdem promittant se id firmiter servaturos, suos nichilominus successores ad huius rei observantiam obligantes et ad maiorem cautelam faciant hoc per carissimum in Christo filium nostrum illustrem regem Francorum auctoritate regia confirmari. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus, postquam nobilis memoratus et uxor sua litteras secundum formam concesserint supradictam, * eundem nobilem iuxta formam ecclesie ab excommunicationis vinculo absolvatis, quo propter idem negotium nostra est auctoritate ligatus, iniungentes eidem sub debito prestiti iuramenti, ut ad impetrandam super hoc confirmationem regiam det operam bona fide. Abbatem vero et conventum predictos ab omni decrevimus impetitione cessare omnemque remittere questionem, que ipsis adversus nobilem sepedictum super dampnis et iniuriis competebat, decimis de Dornitiaco dumtaxat exceptis, super quibus eis satisfieri volumus et mandamus. Quodsi non omnes et cetera. Datum Laterani, II Idus Aprilis, pontificatus nostri anno sextodecimo. * fol. 167r

Nos autem, ut promisimus, volentes, sicut decuit, mandatum apostolicum adimplere, mediante venerabili patre Roberto, tituli sancti Steph(an)i in Celiomonte presbitero cardinale[l)], apostolice sedis legato[4)], solenni coram eo prestito corporaliter sacramento concessimus, quod pacem prescriptam cum maxima deliberatione a domino papa et cardinalibus ordinatam observabimus bona fide et litteris presentibus ad predicte pacis observationem successores et heredes nostros imperpetuum obligamus, volentes modis omnibus et liberaliter concedentes, ut suprascripte pacis forma a nobis et successoribus et heredibus nostris in eternum firmiter et inviolabiliter penitus observetur. Ut igitur, que predicta sunt, maiori gaudeant firmitate, ista omnia filia[m)] nostra[5)] laudavit et nos ea presenti scripto et sigillorum nostrorum appositione roboravimus. Actum apud Leigniacum castrum[6)], anno gratie M° CC° XIII°, mense Octobri[n)].

Inde est, quod sanctitatem vestram, quo humilius possumus, exoramus, quatenus pacem istam per vos et a vobis factam ita dignemini confirmare, quod firma et stabilis permaneat in eternum.

Nos igitur precibus vestris favorem benivolum impendentes id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino[o)] hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere[o)] et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Laterani, IIII Non. Ianuarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

[k)] *Bosquet:* nostro. [l)] *Bosquet:* Cardinali. [m)] *Bosquet:* … filia. [n)] *Migne:* Octobris. [o–o)] *Migne:* etc. confirmationis.

[4)] S. Br. XVI 17 Anm. 6.

[5)] Agnes (II.), Herveus' und Mathildes Tochter und Erbin, Gräfin von Nevers, mit Philipp, Sohn König Ludwigs VIII. von Frankreich (gest. 1218), verlobt, heiratete 1221 Guido (IV.) von Châtillon, gest. 1225. Vgl. *Dict. BF* 1 (1932) 745f.

[6)] Ligny-le-Châtel, Cant. Chablis, Arr. Auxerre, Dép. Yonne.

163 (160).

Innocenz III. teilt dem Domkapitel von Treviso mit, dass er dem der Verschleuderung von Kirchengut überführten Bischof (Tiso) von Treviso, dem er weitere Veräußerungen verboten und dessen weltliche Verwaltung er unter Aufsicht gestellt hat, aufgrund mildernder Umstände gestattet, mit Rat des Priors Jord(anus) von S. Benedetto und des Archidiakons Jakob von Padua (, denen er dies aufträgt,) und der Zustimmung des Domkapitels bis zu 10.000 Pfund alter Schulden mit weniger wertvollem Kirchengut auszulösen, ihm die Entfremdung weiteren Kirchenguts verbietet und ihm auferlegt, seine Ausgaben einzuschränken und aus den Einkünften des Bistums jährlich 1.000 Pfund bis zur Tilgung der Schulden zurückzuzahlen, wobei die 3.000 Pfund alter Zinsen nicht steigen dürfen. Dem Domkapitel trägt er auf, ihren Bischof, den er ihnen in Gnaden zurückschickt, zu unterstützen.

Lateran, 1214 Januar 9.

Reg. Vat. 8, fol. 167r ⟨Nr. 160 *bzw.* 161[a]*⟩.*
Bosquet 671, Nr. 160 = Baluze II 824, Nr. 160 = Migne, PL, 216, 948, Nr. 160. – Potth. Reg. 4875.

Capitulo Teruisino.

Licet dilectus filius magister Maximus, notarius noster[1], et college ipsius[2], per quos inquisitionem, quam venerabilis frater noster Cremonensis episcopus, tunc apostolice sedis legatus[3], fecerat contra venerabilem fratrem nostrum episcopum Teruisinum[4], ac etiam illam, que primo contra eundem facta extiterat[b] auctoritate bone memorie Albanensis electi, apostolice sedis legati[5], examinari mandavimus[6], eiusdem Cremonensis processum exigente iusticia irritarint et nos postmodum, quod super hoc factum extitit ab eisdem, duxerimus approbandum, quia tamen eundem episcopum propter alienationes quasdam et debita, quibus suam dicebatur ecclesiam onerasse, habuimus de dilapidatione suspectum, super hoc venerabilibus fratribus nostris patriarche Gradensi[7] et episcopo Castellano[8] direxerimus[c] scripta nostra[9], qui iuxta formam sibi traditam procedentes veritatem super hiis et aliis per Teruisinos canonicos iuramento prestito sollicite inquisitam sub suis nobis destinavere sigillis certo termino ipsi episcopo assignato, quo personaliter vel per procuratorem idoneum nostro se conspectui presentaret.

Ipso igitur in nostra presentia constituto et inquisitione facta per patriarcham et episcopum antedictos plenius intellecta nobis manifeste innotuit per eandem[d] vetus debitum, quo tenetur ecclesia Teruisina, tresdecim milium librarum summam attingere computatis usuris ac prefatum episcopum debito ipso in quinque librarum milibus ampliato molendinum quoddam ecclesie ipsi perutile ottingentarum librarum precio vendidisse ac sustinuisse vassallos suos circa duorum milium librarum valentiam alienare de feudis, que ab ecclesia tenebant eadem, data ipsi episcopo iuxta Teruisine civitatis statutum precii

163. [a]) *Korr. aus* 155. [b]) extrterat. [c]) *Bosquet, Migne:* direximus. [d]) *Migne:* eumdem.

163. [1]) S. Br. XVI 19 Anm. 3.
[2]) Der Thesaurar Ventura von Verona und der Primicerius S. von Grado: s. Br. XVI 19 Anm. 4.
[3]) S. Br. XVI 15 Anm. 1.
[4]) S. Br. XVI 19 Anm. 6.
[5]) S. Br. XVI 19 Anm. 9.
[6]) S. Br. XV 199 (197) vom 3. Januar 1213.
[7]) S. Br. XVI 19 Anm. 1.
[8]) S. Br. XVI 19 Anm. 2.
[9]) Br. XVI 19 vom 8. April 1213.

sexta parte[10]), quamquam et a subditis suis quedam receperit pro collecta et episcopii redditus circa duo milia librarum valeant annuatim. Civibus etiam Teruisinis theloneum ipsi ecclesie auferentibus se nequaquam opposuit, ut debebat, quinymo illud duobus milibus librarum extimari obtinuit ab eisdem, quamquam de ipsa pecunia nichil receperit, nisi quod commune septingentas libras, quas extorquere nitebatur ab ipso, sibi recompensavit ex illis. Ad hec post confirmationem suam nobili viro Guercio[11]) duo milia librarum ecclesie sue onere non considerato donavit quietem propriam ipsius ecclesie dispendio[e]) satagens[e]) procurare.

Etsi ergo eundem episcopum ab amministratione possemus merito removisse, utpote qui de dilapidatione non suspectus solummodo, verum[f]) etiam proculdubio culpabilis est inventus, quia tamen vexationes, quas a dicto Guercio pertulisse dinoscitur, aliquatenus extenuant culpam eius et quia etiam a vobis testimonium sibi laudabile perhibetur, eum rigore iuris mansuetudine temperato adhuc in amministratione ipsa duximus tolerandum, volentes cum evangelico illo agricola experiri, utrum arbor huiusmodi fructum missis circa eam stercoribus sit factura, ut dimittamus eandem, si quidem fructum fecerit expectatum, alioquin ipsam, ne terram inutiliter occupet, succidamus. Ne autem ecclesia sepedicta sub voragine pereat usurarum, ipsius neccessitate ac utilitate pensatis licentiam dedimus episcopo memorato, ut cum consilio dilectorum filiorum Iord(ani), prioris sancti Benedicti[12]), et Iacobi, archidiaconi[13]), Paduan(is), et assensu vestro tantum de possessionibus[g]) eiusdem ecclesie remotioribus ac minus utilibus alienet, quod decem milia librarum veteris debiti[h]) de precio solvi valeant earundem, omnem aliam alienationis speciem penitus interdicentes eidem, ita ut ipso iure contrattus alienationis sit irritus, si quem forte alium a predicto de bonis ecclesie sepedicte presumpserit attemptare. Ipse vero sic suas moderetur expensas, quod mille libras proprii debiti de proventibus solvat episcopalibus annuatim, quousque totum fuerit persolutum, ac usuras trium milium librarum, que remanent de antiquo, interim excrescere non permittat; proviso sollicite, ut dictarum possessionum pretium in solutione[i]) debiti prenotati sine diminucione qualibet convertatur. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, quem ad vos cum favore gratie nostre remittimus, in hiis et aliis, que ad eius spectant officium, fideliter assistatis impendentes ei consilium et auxilium oportunum.

vgl. Lc 13, 8f.

Datum Laterani, V Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

In[j]) e(undem) m(odum) scriptum est Iordano, priori sancti Benedicti, et Iacobo archidiacono, Paduan(is), usque et quia etiam a capitulo suo testimonium sibi laudabile et cetera usque ut cum consilio vestro et assensu capituli sui tantum de possessionibus et cetera usque convertatur[k]). Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus predicta faciatis ab ipso episcopo firmiter observari, alioquin eundem ab amministratione curetis sublato appellationis obstaculo removere.

Datum ut supra.

[e–e]) *Durch Zeichen umgestellt aus:* satagens dispendio. [f]) *Migne:* vero. [g]) *Darnach* eiu- *korr. und durchgestrichen.* [h]) -i *vielleicht korr. aus einem anderen Buchstaben.* [i]) *Baluze, Migne:* solutionem. [j]) *Davor ein Paragraphenzeichen, rot.* [k]) *Das erste* -t- *korr. aus einem anderen Buchstaben.*

[10]) S. Br. XVI 19 Anm. 10.

[11]) S. Br. XVI 19 Anm. 18.

[12]) S. Br. XVI 94 (91) Anm. 9.

[13]) Giacomo da Vigodarzere, 1210 als Archidiakon „in Montanis“, 1214 als Archidiakon von Padua bezeugt. Vgl. Dondi dall'Orologio, *Serie*, 249; Rigon, *Elezioni*, 387f.

164 (161).

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Johannes) von Esztergom und allen Bischöfen Ungarns auf, die Exkommunikation über jene Ungarn, die Gewalt gegen den Erzbischof (Berthold) von Kalocsa und dessen Kleriker und Mönche ausgeübt haben, zu verkünden und sie nach geleisteter Genugtuung zur Absolution an die Kurie zu senden. (Den Herzögen von Polen trägt er auf, zu ihnen fliehende Täter nicht aufzunehmen.)

Lateran, 1214 Januar 7.

Reg. Vat. 8, fol. 167r–167v ⟨Nr. 161 bzw. 162a)⟩.

Bosquet 673, Nr. 161 = Baluze II 825, Nr. 161 = Migne, PL, 216, 950, Nr. 161. – Potth. Reg. 4871, 4872; Knauz, Monunenta, I 203, Nr. 202; Grünhagen, Regesten, 108, Nr. 162a; Sułkowska-Kuraś–Kuraś, Bullarium Poloniae, I 27, Nr. 103.

Archiepiscopo Strigoniensi[1)] et universis episcopis in Vngaria constitutis.

In illis non modicum superhabundat iniquitas, qui presumunt christos Domini tangere in prelatis ecclesie et[b)] malignantes. Sane intelleximus quosdam Ungaros in tantum pro-
* fol. 167v rupisse furorem, quod inter alia, que commiserunt[c)] enormia[d, 2)], * in venerabilem fratrem nostrum Colocensem archiepiscopum[3)] manus presumpserunt inicere temere violentes[4)] et audacter desevientes in gregem, qui non timuerant in pastore[e)], ipsius archiepiscopi clericos necnon et monachos verberibus, dampnis et aliis iniuriis afflixerunt. Volentes igitur eosdem sacrilegos in presenti confundi, si forte resipiscant, ne pereant in futuro, fraternitati[f)] vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, ipsos singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis per vestras dioceses excommunicatos denuntiari publice faciatis et tamdiu ab omnibus artius evitari et cetera usque absolvendi.

Vos denique, fratres archiepiscope et[g)] episcopi, et cetera.

Datum Laterani, VII Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

In[h)] e(odem) m(odo) scriptum est nobilibus viris universis ducibus Polonie[5)] usque et aliis iniuriis afflixerunt. Quia vero dignum est, ut suffragiis et solatio careant devotorum,

---

164. [a)] *Korr. aus* 156. [b)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.* [c)] *Bosquet:* commiserant. [d)] -rm- *vielleicht korr.* [e)] *Baluze, Migne:* pastorem. [f)] f- *korr., wahrscheinlich aus* v-. [g)] *Bosquet, Migne:* ac. [h)] *Davor ein Paragraphenzeichen, mit rotem Schaft hervorgehoben.*

164. [1)] S. Br. XVI 29 Anm. 44.

[2)] Die Ermordung der Königin Gertrud (von Andechs) von Ungarn durch ungarische Adelige im Herbst 1213; ihr Bruder EB. Berthold von Kalocsa, wohl auch Ziel des Anschlags, entkam. Vgl. Kosztolnyik, *Hungary*, 45–49; Okoliš, *Patriarch Bertholds Rolle*, 168f., 174f.; *NDB* 6 (1964) 333f.

[3)] S. Br. XVI 29 Anm. 44.

[4)] S. Br. XVI 44 (42) Anm. 16.

[5)] Die oft rivalisierenden, meist als Herzöge bezeichneten piastischen Fürsten herrschten, oft wechselnd, über verschiedene Teilgebiete (Groß- und Kleinpolen, Masowien und Schlesien bzw. dessen Teile Breslau/Wrocław, Oppeln/Opole und Ratibor/Racibórz) des dennoch als Gesamtheit verstandenen Polen, damals die im Br. XIV 42 (43) gemeinsam auftretenden „duces" Leszek I. Biały (der Weiße) (1194–1227), Konrad I. (1199/1202–1247) und Wladislaus Odonic (1194–1239), weiters Wladislaus III. Laskonogi (Dünnbein) (1202–1231), der meist nach Schlesien benannte Herzog Heinrich I. (der Bärtige/Brodaty) (1201–1238) und Kasimir I. von Oppeln (Opole) (1211–1230). Vgl. *PSB* 9 (1960–1961) 401–404; 12 (1966) 275f.; 13 (1967) 584–586; 17 (1972) 155–157; *LMA* 4 (1989) 1732; 5 (1991) 1912, 1345f.; Zientara, *Heinrich der Bärtige*, sub indice; Mühle, *Piasten*, 66; Güttner-Sporzyński, *Poland*, 226, 228f.; Rossignol, *Maiestas principum*, 30–33; 439, 441, 445 (Index).

qui se adversus Dei ministros in tante indevotionis malitiam erexerunt, nobilitatem vestram rogandam duximus et monendam per apostolica scripta mandantes, quatenus, si quos de memoratis sacrilegis ad vos confugere forte contigerit[i], eos in vestre salutis dispendium nullatenus admittatis, ne illicito favore – quod absit – eorum videamini communicare peccatis.

Datum ut supra.

165 (162).

Innocenz III. trägt dem Kardinallegaten (Pelagius) von Albano auf, zu untersuchen, ob die Mönche von Lucedio das Kloster von S. Maria in Chortaiton, dessen Besitz ihnen zuletzt vom Papst bestätigt wurde, brutal ausgeplündert haben, wie die (griechischen) Mönche behaupten, die um die Restituierung und um den päpstlichen Schutz bitten, den Fall zu entscheiden und seine Entscheidung nötigenfalls mit kirchlichen Strafen durchzusetzen.

Lateran, 1214 Januar 12.

Reg. Vat. 8, fol. 167ᵛ ⟨*Nr.* 162 *bzw.* 163[a]⟩.

Bosquet 674, Nr. 162 = Baluze II 826, Nr. 162 = Migne, PL, 216, 951, Nr. 162; Haluščynskij, Acta Innocentii, 452, Nr. 213. – Potth. Reg. 4879; Haberstumpf, Regesto, 63, Nr. 102.

Albanensi episcopo, apostolice sedis legato[1].

Ex relatione dilectorum filiorum abbatis et monachorum monasterii sancte Marie de Chortato, Thessalonicensis diocesis[2], nos noveritis accepisse, quod, cum ipsorum monasterium sicut et alia multa iuxta morem patrie a iurisdictione quorumlibet ecclesiasticorum prelatorum exemptum fuerit ab antiquo et soli Constantinopolitano imperatori subiectum, tanta quondam bonorum omnium affluentia redundabat, quod idem magna temporalium ubertate refertum et iocunda spiritualium venustate preclarum ducentorum monachorum collegium sustentabat[b]. Sed olim clare memorie marchione[c] Montisferrati[3] partium illarum, sicut Domino placuit, dominium obtinente ipsisque a facie hominum fugientibus in sollitudinem pre timore P(etrus), abbas Lucetii, Cisterciensis ordinis[4], ab eodem marchio-

---

[i]) -g- *teilweise mit neuer Tinte nachgezogen.*

165. [a]) *Korr. aus* 157. [b]) *Über dem zweiten* -t- *eine* er-*Kürzung durchgestrichen.* [c]) *Bosquet:* … Marchione.

165. [1]) S. Br. XVI 11 Anm. 12 und 107 (104) Anm. 4.

[2]) Chortaiton, 3 km östlich von Thessalonike, (verlassenes) Kloster griechischer Mönche. Vgl. Brown, *Cistercians*, 77–82; Tsougarakis, *Latin Religious Orders*, 38–41. Die Darstellung des Ganzen aus der Sicht der lateinischen Mönche aus Lucedio (Zist.-Abtei, Diöz. und Prov. Vercelli, Piemont) wird in Br. XV 70 vom Papst übernommen. Vgl. Haberstumpf, *Possedimenti*, 264–266. Mit dem Verlust Thessalonikes an das Despotat Epiros 1224 fiel das Kloster endgültig an die orthodoxe Kirche zurück. Allerdings delegiert Honorius III. 1218 und im November 1224 Aufgaben an den „Abt der Zisterzienserabtei Chortaiton“: Pressutti, *Regesta Honorii III*, Nr. 1391, 5186; Dr.: Duba–Schabel, *Bullarium Hellenicum*, 228, Nr. 66; 520, Nr. 243; vgl. Van Tricht, *Archbishop William*, 326f., Anm. 114.

[3]) Bonifaz von Montferrat, Führer des Kreuzfahrerheers, 1204 König von Thessalonike, gest. 1207. Vgl. *DBI* 12 (1970) 118–124; Longnon, *Compagnons*, 227–234.

[4]) S. Br. XVI 2 Anm. 2.

ne dari[d)] sibi dictum monasterium interim impetravit[5)] et ipsius ecclesie presumens infringere libertates G(aufridum) monachum suum instituit in eodem, qui tanquam lupus rapax et predo crudelis ablatis[e)] thesauro et omnibus aliis ipsius[f)] ecclesie[f)] ornamentis venditisque victualibus et ceteris bonis, quibus ipsa ecclesia copiosissime affluebat, exinde furtive recessit, nec quesitus a marchione, ut penas solveret de commissis, potuit inveniri. Verum, quia peccatis exigentibus in hiis omnibus adversus[g)] furor Domini nondum erat, sed ad percutiendum extenta fortius manus eius, pessimus successit iniquo: Nam R(ogerus), monachus de Lucetiis, tunc temporis superveniens et nequiter se humilians, cum interiora eius
vgl. 2Cor 11, 14 existerent plena dolo, ac se in lucis angelum[h)] transfigurans ab eodem marchione obtinuit monasterii custodiam antedicti, cuius iniquitas postmodum tanta fuit, ut prioris predonis non videretur frater vel discipulus, sed magister. Nempe cellis dirutis et domibus desolatis ac eradicato quodam funditus oliveto, quod representabat quodammodo terrestris delicias paradisi, tamquam mercator improbus ligna vendebat clibanis impudenter nec sic tamen potuit eius inexpleta cupiditas satiari, quin omnibus animalibus venditis et inique distrattis
vgl. Mt 27, 64 ita consumpserit omnia bona domus, quod novissimi exattoris crudelitas priore peior extitit in immensum[i)], quia lupi rapacitas precedentis subsequentis respectu sompnium potuit reputari. Cumque ad aures marchionis hec omnia pervenissent, idem considerans se fore a dictis monachis circumventum et dolens per se factam ruinam [miserabilem][j)] tante domus exinde dictum monachum expelli precepit et supradicto abbate ac monachis convocatis prefatum ipsis monasterium disposuit resignare perpetuo possidendum. Sed eodem morte prevento carissimus in Christo filius noster H(enricus), imperator Constantinopolitanus[6)] illustris, cui premissa constabant, ipsos restituit in eodem confirmans postmodum factum suum privilegio aurea bulla munito[7)].

Porro cum ipsi nichil invenissent ibidem, unde possent unius diei esuriem saturare, ac propter hoc ad elemosinarum suffragia convolantes multa ibidem denuo congregassent, pestis alia supervenit, quorundam videlicet monachorum de Lucetiis, qui se spoliatos dicto monasterio asserentes auctoritate litterarum nostrarum[8)] se in ipso restitui et exinde monachos Grecos expelli fecerunt, quibus ob reverentiam apostolici mandati non fuit ausus contradicere imperator[9)]. Cum igitur tante calamitatis immensitas non solum ad compatiendum corda movere, sed auribus horrorem incutere debeat ex auditu, nobis humiliter supplicarunt, ut tantis ipsorum miseriis atque malis finem imponere dignaremur, sub nostra protectione suscipientes eosdem et a dicto monasterio eiectis malignis invasoribus memoratis ipsos in eodem restitui faceremus et pacifica possessione gaudere. Quia vero nobis non constitit de premissis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus inquisita plenius et cognita veritate auctoritate nostra [super iis][k)] statuas et disponas, que secundum Deum videris expedire; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

[d)] *Migne:* dare. [e)] *Migne:* abbatis. [f–f)] *Bosquet, Migne:* ecclesie ipsius. [g)] *Bosquet, Migne:* aversus. [h)] angulu(m); Angelum *bei Bosquet und Migne.* [i)] *Bosquet, Migne:* universum. [j)] *So Bosquet und Migne.* [k)] *So Bosquet und Migne.*

[5)] Die Schenkung erfolgte vor Juli 1205, während der Legation des KP. Soffred von S. Prassede (1193–1208/1210, Legat im Hl. Land 1202–Mitte 1205; vgl. Maleczek, *Papst und Kardinalskolleg*, 73–76). S. Br. XV 70 Bd. 15 S. 101 Z. 10–15. Vgl. Brown, *Cistercians*, 77f.; 79, Anm. 83; Bolton, *Cistercians*, 174f.

[6)] S. Br. XVI 7 Anm. 10.

[7)] S. Hendrickx, *Régestes*, 88, Nr. 125; 89, Nr. 127.

[8)] Br. XV 70 vom 25. Mai 1212.

[9)] Als Empfänger von Br. XV 70 a pari.

Tu denique, frater episcope, super te[l] et cetera.
Datum Laterani, II Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

166 (163).

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Rainer) und dem Domkapitel von Marseille, den päpstlichen Skriptor und Familiaren Magister Raimund, den sie in päpstlichem Auftrag als Domkanoniker ohne Pfründe aufgenommen haben, angemessen auszustatten, wie er ihnen bereits viermal schriftlich und auch mündlich befohlen hat; widrigenfalls hat er dem päpstlichen Legaten, Kardinal P(eter) von S. Maria in Aquiro, befohlen, den Skriptor aus den Gütern der Kirche von Marseille zu versorgen und seine Verfügungen nötigenfalls mit kirchlichen Strafen durchzusetzen.

Lateran, 1214 Januar 20.

Reg. Vat. 8, fol. 167^{v}–168^{r} ⟨Nr. 163 bzw. 164[a]⟩.
Bosquet 675, Nr. 163 = Baluze II 826, Nr. 163 = Migne, PL, 216, 952, Nr. 163. – Potth. Reg. 4885.

Episcopo[1] et capitulo Massilien(sibus).

Quantum[b] sit inobedientie culpa gravis et obedientie virtus magna, prothoplausti transgressoris pena demonstrat, quam adhuc solvit tota sua posteritas et deploret[c], et secundi Ade obedientia humilis et devota, quam usque ad mortem Patri exhibuit, protestatur. Propter quam Deus pater super omnes ipsum exaltans, non solum dedit ei nomen, quod est super omne nomen, et omnem sibi principatum et potestatem subiecit, verum vgl. Phil 2, 8f
etiam sibi concessit, ut genus humanum perpetua morte dampnatum sua morte redimeret et ad gaudia eterna transferret. Cum igitur contra inobedientie gradus, qui precipitant in infernum, per Christum scala sit obedientie preparata, per quam conscendere valeamus in celum, de vobis non sufficimus admirari, quod vos viam regiam declinantes ambulare per Nm 21, 22; 20, 17; Dt 2, 27; 5, 32; 17, 11; Is 30, 21
devia in contemptum nostrum et animarum vestrarum salutis dispendium[d] contumaciter elegistis.

Nam[e] cum vobis pro dilecto filio magistro Raymundo, scriptore ac familiari nostro[2], cuius fidelitatem et prudentiam laudabilem et devotam diutius sumus experti, iam quater[f] direxerimus scripta nostra[3], ut eidem, quem dudum ad mandatum nostrum nullo sibi beneficio assignato * in fratrem et canonicum recepistis, curaretis sicut uni ex vobis * fol. 168^{r}
tam in domibus quam in aliis providere, ac postmodum quibusdam ex vestris in nostra presentia constitutis hoc idem iniunxerimus viva voce, vos, quod grave gerimus et indignum, tamquam inobedientie filii pingui cervice ac armato collo iugum precepti nostri excutientes a vestris humeris[g] impudenter id hactenus efficere non curastis. Quocirca

---

[l]) *Bosquet, Migne:* teipso.

166. [a]) *Korr. aus* 158. [b]) *Am Rande zwei kurze schräge Striche.* [c]) *Bosquet, Migne:* deplorat. [d]) dispensium; dispendium *bei Bosquet und Migne.* [e]) *Davor eine Art Paragraphenzeichen von späterer Hand.* [f]) *Bosquet, Migne:* quartum. [g]) -m- *korr.*

166. [1]) S. Br. XVI 27 Anm. 1.
[2]) S. Br. XVI 27 Anm. 2.
[3]) Das vierte Mal mittels Br. XVI 27 vom April/Mai 1213.

discretioni vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatenus iuxta prescriptam formam ipsi magistro non differatis ulterius providere; alioquin tantarum transgressionum non effugietis debitam ultionem, scientes nos dilecto filio P(etro), sancte Marie in Aquiro diacono cardinali[4)], apostolice sedis legato, per apostolica scripta districte precipiendo mandasse, ut, si vos mandatum nostrum neglexeritis adimplere, ipse de bonis ecclesie vestre secundum formam eandem competentem sibi provisionem nostra suffultus auctoritate assignare procuret, contradictores, si qui fuerint, vel rebelles[h)] sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo per censuram ecclesiasticam compescendo.

Datum Laterani, XIII Kal. Februarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

167 (164).

Innocenz III. befiehlt dem (Kardinal-)Bischof N(ikolaus) von Tusculum, päpstlichem Legaten, das Interdikt über England aufzuheben, sobald König Johann von England ihm, dem Erzbischof (Stephan) von Canterbury, dem Bischof (Eustach) von Ely und dem päpstlichen Subdiakon Pandulf 100.000 Mark Silber oder die genaue Summe, mit der die vorgenommenen Entfremdungen gutzumachen sind, ausgehändigt und seinen Gehorsam schriftlich garantiert hat, worüber der Legat dem Papst berichten soll. Weiters soll er die Summe entsprechend der Höhe der Schäden an die Geschädigten verteilen. Dies soll er jedenfalls ausführen, sofern nicht die Parteien einvernehmlich eine andere Einigung gefunden haben, da das Interdikt nicht länger über dem Volk aufrechterhalten werden kann, nachdem der Erzbischof in Überschreitung seines Mandats für den König eine Messe gefeiert hat.

Lateran, 1214 Januar 23.

Reg. Vat. 8, fol. 168^{r} ⟨*Nr.* 164 bzw. 165[a)]⟩.

Bosquet 676, Nr. 164 = Baluze II 827, Nr. 164 = Migne, PL, 216, 953, Nr. 164; Cheney–Semple, Selected Letters, 171, Nr. 64. – Potth. Reg. 4889; Cheney, Calendar, 947.

N(icolao), Tusculano episcopo, apostolice sedis legato[1)].

Cupientes[b)] secundum officii nostri debitum tam regno quam sacerdotio in Anglia providere fraternitati tue presentium auctoritate mandamus atque precipimus, quatenus, cum carissimus in Christo filius noster Ioh(ann)es, illustris rex Anglie[2)], persolverit in manibus tuis et venerabilium fratrum nostrorum Cantuariensis archiepiscopi, sancte Romane ecclesie cardinalis[3)], ac episcopi Eliensis[4)] necnon dilecti filii Pandulfi, subdiaconi nostri[5)], centum milia marcharum argenti ad opus eorum, quibus facienda est restitutio ablatorum, computatis hiis, que ipse iam tradidit prefato archiepiscopo et episcopis aut aliis hoc nego-

---

h) *Darnach* sublato cu- *durchgestrichen.*

4) S. Br. XVI 51 (48) Anm. 18.

167. a) *Korr. aus* 159. b) *Am Rande innerhalb der Initiale zwei kurze schräge Striche.*

167. 1) S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.
2) S. Br. XVI 41 Anm. 15.
3) S. Br. XVI 30 Anm. 71.
4) S. Br. XVI 79 (76) Anm. 8.
5) S. Br. XVI 63 (60) Anm. 5.

tium[c)] contingentibus, de ipsorum conscientia vel mandato ita, quod, si facta inquisitione constiterit plus ablatum, suppleatur ab ipso, si vero minus, refundatur eidem, tu receptis eius patentibus litteris suo sigillo munitis, quibus se profiteatur ad hoc etiam inter alia ex prestito pridem nobis iuramento teneri, quod tam super restituendis ablatis quam super recompensandis dampnis mandatis nostris absque refragatione parebit[6)], relaxes protinus sententiam interdicti[7)] et super utrisque inquisitionem fieri facias diligentem, quam nobis mittere non postponas, pretaxatam vero pecuniam distribui facias secundum proportionem ablatorum inter eos, quibus est restitutio facienda. Cum igitur hoc mandatum de certa scientia faciamus[8)], volumus et iubemus, ut illud sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo exequaris, nisi iam aliter sit de communi voluntate provisum vel adhuc convenerit providendum pro relaxando celeriter interdicto, quia tali ac tanta cautione premissa servari non debet[d)] ob huiusmodi causam diutius circa populum sententiam interdicti, quam circa regem absque mandato nostro idem archiepiscopus relaxavit celebrando illi divina[9)], ut alia taceamus, in quibus ipse fines nostri mandati asseritur excessisse, per que tamen ecclesiastice libertati nolumus impedimentum afferri, pro qua est summopere insistendum.

Datum Laterani, X Kal. Februarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

168 (165).

Rechtsauskunft für den Bischof (Lorenz) von Breslau: Ein Kleriker, der als fester Vikar aus den Einkünften der Kirche und aus väterlichem Erbe ausreichend versorgt ist, ist nicht als arm zu betrachten und braucht nicht gemäß der Bestimmung ‹‹Cum secundum Apostolum›› versorgt zu werden. Der Papst würde einen solchen nur ‹‹ex certa scientia›› und unter Nennung der ersten Pfründe mit einer weiteren providieren.

Lateran, 1214 Januar 8.

Reg. Vat. 8, fol. 168r ⟨*Nr.* 165 *bzw.* 166[a)]⟩.

Bosquet 677, Nr. 165 = Baluze II 827, Nr. 165 = Migne, PL, 216, 954, Nr. 165; Maleczynski, CD Silesiae, II 126, Nr. 166; Appelt, Schlesisches UB, I 98, Nr. 138. – Comp. IV 1. 2. 4; Coll. Bamb. II 15; Coll. Fuld. Nachtrag 11; X 1. 3. 27. – Potth. Reg. 4873; Grünhagen, Regesten, 108, Nr. 162b; Sułkowska-Kuraś–Kuraś, Bullarium Poloniae, I 27, Nr. 104.

Episcopo Wratislauiensi[1)].

Postulasti[b, 2)] per sedem apostolicam edoceri, utrum alicuius ecclesie perpetuo vicario de proventibus vicarie bonisque paternis habenti, [unde][c)] valeat commode sustentari,

---

[c)] -e- *vielleicht korr.* [d)] *Bosquet, Migne:* decet.

[6)] Vgl. Br. XVI 79 (76) S. 173 Z. 19f.

[7)] S. Br. XVI 79 (76) Anm. 3.

[8)] Zur kanonistischen Begründung dieses Grundsatzes vgl. Dondorp, *Papal Rescripts*, 190 (Simon von Bisignano), 191 (Summa Parisiensis), 203 (Huguccio), 204 (Riccardus Anglicus) und 213 (Bernardus Compostellanus Antiquus), und ferner Meduna, *Versuch*, 393 (Huguccio).

[9)] Am 20. Juli 1213. Vgl. Cheney–Semple, *Selected Letters*, Nr. 64, S. 172, Anm. 2.

168. [a)] *Korr. aus* 160. [b)] *Am Rande eine Klammer und:* De r(escri)pt(is). [c)] *So Bosquet und Migne.*

168. [1)] Lorenz (Pogarell?), B. von Breslau (Wrocław) 1207–1232. Vgl. Gatz–Brodkorb, *Bischöfe*, 108.

[2)] Maleczynski, *CD Silesiae*, II 125, Nr. 164.

tenearis per illam communem formam ‹‹Cum[d] secundum Apostolum››[3] in ecclesiastico beneficio providere. Ad quod sic duximus respondendum, quod, cum per formam predictam necessitatibus pauperum clericorum, qui nullum sunt ecclesiasticum beneficium assecuti, sicut ibidem exprimi consuevit[4], sedes apostolica duxerit succurrendum, perpetuus vicarius, nisi de vicaria fecerit mentionem, commodum reportare non debet de huius(modi) litteris utpote veritate tacita impetratis; non enim carere beneficio ecclesiastico dici debet, cui competenter de perpetue vicarie proventibus est provisum, et pro habente beneficii sufficientis subsidium ex certa scientia super obtinendo alio beneficio de levi [non][e] scribimus[5], quin faciamus[f] de primo in nostris litteris mentionem[6].

Tu denique, frater episcope, super te ipso et cetera.

Datum Laterani, VI Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

169 (166).

Rechtsauskunft für den Bischof (Lorenz) von Breslau: Nachdem der Inhaber einer Hälfte einer vom Bischof geteilten Pfründe an der Kurie verstorben ist, der Papst sie an den Kleriker Hippolyt verliehen hat und dieser nun vom Bischof die ganze Pfründe fordert, während der Inhaber der zweiten Hälfte dieselbe Forderung an den Bischof stellt, muss dieser beiden ihre Pfründen aus einer vakanten ergänzen, sofern es keinen rechtmäßigen Grund für die Teilung gab und beide Inhaber mit ihrer Hälfte ausreichend versorgt sind.

Lateran (, 1214 Januar ca. 8).

Reg. Vat. 8, fol. 168^{r} ⟨*Nr.* 166 *bzw.* 167[a]⟩.

Bosquet 677, Nr. 166 = Baluze II 828, Nr. 166 = Migne, PL, 216, 954, Nr. 166; Maleczynski, CD Silesiae, II 127, Nr. 167; Appelt, Schlesisches UB, I 98, Nr. 139. – Comp. IV 3. 2. 3; Coll. Bamb. II 16; X 3. 5. 26. – Potth. Reg. 4874; Grünhagen, Regesten, 108, Nr. 163; Sułkowska-Kuraś–Kuraś, Bullarium Poloniae, I 27, Nr. 105.

Murauer, Pfründenteilung, bes. 145.

Eidem[1].

Vacante quadam in ecclesia tua prebenda duas ex ea constituens ad illas de assensu capituli tui duos canonicos assumpsisti, quorum altero apud sedem apostolicam viam universe carnis ingresso prebendam, quam defunctus habuerat, quidam clericus Ypolitus[b] nomine fuit auctoritate sedis apostolice assequutus. Verum cum idem Y(politus)[c] te super

vgl. Ios 23, 14; 3Rg 2, 2

---

[d]) eum; Cum *bei Bosquet und Migne.* [e]) *So Bosquet und Migne.* [f]) -ci- *vielleicht korr.*

[3]) Br. I 76 Bd. 1 S. 114 = Comp. III 3. 5. 1 = Alan. Anh. 56 = Alan. K. 1. 12. 1 = Bern. 3. 7. 1 = X 3. 5. 16 (Friedberg, *CorpIC*, II 469) vom 3. April 1198 und Br. IX 118 Bd. 9 S. 221 Z. 1f. Vgl. von Heckel, *Verordnung*; ders., *Geschichte*. Vgl. auch Conc. Lat. III, c. 5 = Comp. I 3. 5. 5 = X 3. 5. 4 (Friedberg, *CorpIC*, II 465).

[4]) S. Br. I 76 Bd. 1 S. 114 Z. 26, 30f.

[5]) S. Br. XVI 167 (164) Anm. 8.

[6]) S. Br. XVI 21 Anm. 12.

169. [a]) *Korr. aus* 161. [b]) *Bosquet, Migne:* Hippolytus. [c]) *Bosquet:* H.

169. [1]) S. Br. XVI 168 (165) Anm. 1.

integratione[d)] prebende per quasdam nostras litteras inquietet et alius idem ius adversus te se habere proponat[e)], quid facere debeas postulasti[2)] per sedem apostolicam edoceri. Super quo fraternitati tue sic duximus respondendum, quod, cum Turonensis statuta concilii sectionem inhibeant prebendarum[3)], teneris utrique de hiis, que vacare contigerit, integrare prebendam[4)], nisi forte rationabili causa de vacante prebenda predicte due fuerint constitute ac tot sint utriusque proventus, quod per utramque sit utrique provisum in beneficio competenti.

Tu denique, frater episcope, super te et cetera.

Datum Laterani[f)], ut supra.

170 (167).

Innocenz III. kündigt den Erzbischöfen (Bernhard) von Embrun, (Michael) von Arles, (Bermund) von Aix und (Arnald) von Narbonne, deren Suffraganen und den Äbten, Prioren, Dekanen, Archidiakonen und allen anderen Prälaten ihrer Kirchenprovinzen die Ankunft des Kardinallegaten P(eter) von S. Maria in Aquiro an, welcher den Friedensprozess sichern und die neu gewonnene Orthodoxie schützen wird, und befiehlt ihnen, ihn ehrenvoll aufzunehmen und all seinen Weisungen zu gehorchen; andernfalls wird er jedes Urteil, das dieser über Zuwiderhandelnde verhängt, einhalten lassen.

Lateran, 1214 Januar 17.

Reg. Vat. 8, fol. 168^{r}–168^{v} ⟨Nr. 167 bzw. 168[a)]⟩.

Bosquet 678, Nr. 167 = Baluze II 828, Nr. 167 = Migne, PL, 216, 955, Nr. 167. – Potth. Reg. 4882; Chevalier, Regeste dauphinois, II 69, Nr, 6245; Gallia Christiana Novissima III 327, Nr. 823; Bréquigny, Table chronologique, IV 571.

..[b)] Ebredunensi[1)], Arelatensi[2)], Aquensi[3)] et Narbonensi[4)] archiepiscopis et eorum suffraganeis[5)] et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis in Ebredunensi, Arelatensi, Aquensi et Narbonensi provintiis constitutis.

Equo rufo, de quo loquitur in Apocalipsi Ioh(ann)es, iam dudum in Prouincia et convicinis partibus exeunte, qui super eum sedebat discordie seminator pacem sumpsit de terra, prout sibi datum fuerat exigentibus meritis habitantium in eadem, ut se ad invicem

---

[d)] integratione(m)*; so auch Bosquet. Die Ememdation bei Baluze und Migne.* [e)] -on- *vielleicht korr.* [f)] *Fehlt bei Bosquet und Migne.*

[2)] Maleczynski, *CD Silesiae*, II 125, Nr. 165.

[3)] Konzil von Tours 1163, c. 1 = Comp. I 3. 5. 10 = X 3. 5. 8 (Friedberg, *CorpIC*, II 466).

[4)] Vgl. Br. XVI 168 (165) Anm. 3.

170. [a)] *Korr. aus* 162. [b)] *Fehlt bei Bosquet.*

170. [1)] S. Br. XVI 30 Anm. 18.

[2)] S. Br. XVI 30 Anm. 62.

[3)] S. Br. XVI 30 Anm. 41.

[4)] S. Br. XVI 5 Anm. 6.

[5)] Suffragane von Embrun: s. Br. XVI 30 Anm. 18; von Arles: s. Br. XVI 30 Anm. 62; von Aix: s. Br. XVI 30 Anm. 41; von Narbonne: s. Br. XVI 30 Anm. 63.

vgl. Apc 6, 4 interficerent et terra penitus vastaretur et non solum privata bona essent in direptionem et predam, verum etiam ad sacra extenderent manus suas ac ecclesie, que domus orationis esse debebant et refugium miserorum, incastellarentur in castra et fierent Sathane satel-
vgl. Apc 6, 5 litibus munimentum. Huic autem pesti se niger equus adiunxit, videlicet hereticorum perversitas, qui, quamvis multi sint numero, sunt tamen diabolo unus equus, quoniam, si[c)] Samsonis vulpecule significantes eosdem facies gerant diversas, caudas tamen habent
vgl. Idc 15, 4 adinvicem, quoniam in idipsum perversitatis conveniunt, colligatas, ut, qui super eum sedebat hostis antiquus, bilibrem tritici lederet, eos scilicet, qui alios verbo et exemplo reficiunt, ac tres bilibres ordei minores fidem sancte Trinitatis habentes, et etiam vinum et
vgl. Apc 6, 6 oleum, mansuetos pariter et austeros, quos omnes Christus uno denario, proprio videlicet sanguine, compararat. Verum, cum se nullus pro domo Domini opposuisset eidem, facta
vgl. Lam 4, 4 est fames in terra et parvuli petierunt panem, sed, qui eis frangeret, nullus erat pastoribus in mercennarios commutatis, luxit et defluxit et infirmata est terra pariter et infecta, depopulata est regio, luxit humus, quoniam devastatum est trititum, confusum est vinum, elanguit oleum et agricole sunt confusi. Invaserunt etenim gregem Domini lupi rapaces
vgl. Mt 7, 15 in vestimentis ovium venientes et pastores pascentes seipsos illos nec canum latratu nec
* fol. 168[v] baculo * ab ovili Dominico effugarunt, sed tamquam mercennarii lupis dispergentibus oves
vgl. Io 10, 12
vgl. Ex 32, 27; Ps 44, 4 sunt in fugam conversi, qui debuerant accingi gladio super femur in ultionem illorum,
vgl. Ex 32, 8 qui vitulum conflaverant adorandum.

Nos igitur, quibus omnium sollicitudo imminet generalis, attendentes eos, quos apostolica sedes in partem sollicitudinis evocavit, super gregem suum noctis vigilias non servare, sed dormitare potius ac dormire, utrique pesti volentes occurrere ad partes illas pacis et fidei angelos curavimus destinare, ut alteros per exhortationis studium reducerent ad concordiam et alteros per sanam doctrinam revocarent[d)] ad fidem ac ledi triticum, ordeum, vinum et oleum prohiberent. Sed quoniam in verbo Domini pugnando cum
vgl. Is 13, 2 bestiis proficere non valebant[e)], super montem caliginosum[f)] signum fecimus elevari contra eos sanctificatis Domini et fortibus evocatis, qui fines eius ingressi conculcaverunt[g)]
vgl. Is 13, 19 superbiam Caldeorum[h)], hereticis ex maxima parte destructis et ab illis partibus effugatis virisque catholicis in locum succedentibus eorundem. Pacis quoque federa inter eos, qui
vgl. Eph 2, 14 adinvicem dissidebant, pacis Euangeliste predicti Eo, qui est pax nostra, prestante auxilium
vgl. Is 11, 13 reformarunt, ut non emularetur Effraim[i)] Iudam et Iudas Effraim[j)] minime impugnaret.

Verum quia ille[k)], qui paci hominum invidet et saluti, novas illic dissentionis materias
vgl. Mt 13, 25f seminavit, ne super excrescente zizania triticum suffocetur cum labore tanto et studio seminatum, dilectum filium nostrum P(etrum), sancte[l)] Marie in Aquiro diaconum cardinalem[6)], apostolice sedis legatum, virum utique litteratum[m)], providum et honestum, quem inter ceteros fratres nostros specialis caritatis brachiis amplexamur, ad partes ipsas[n)] a latere nostro destinamus, qui auctoritate ac vice nostra pacis federa iampridem inita corroboret
vgl. Lc 24, 19
vgl. Ps 143, 12 et confirmet et ut vir potens in opere ac[o)] sermone novellam plantationem irrigans[p)] in fide
vgl. Ier 1, 10 foveat et consolidet orthodoxa et generaliter destruat et evellat, edificet atque plantet, que destruenda et evellenda necnon edificanda viderit et plantanda, corrigendo et reformando,

---

[c)] *Baluze, Migne:* etsi. [d)] *Darnach* fid- *durchgestrichen.* [e)] valebat; valebant *bei Bosquet und Migne.* [f)] *Darnach* monte(m) *durchgestrichen.* [g)] conculvaveru(n)t; conculcaverunt *bei Bosquet und Migne.* [h)] *Bosquet, Migne:* Chaldeorum. [i)] *Bosquet, Migne:* Ephraim. [j)] *Bosquet, Migne:* Ephraim. [k)] illi; ille *bei Bosquet und Migne.* [l)] *Bosquet, Migne:* tituli sancte. [m)] l(itte)rar(um); litteratum *bei Bosquet und Migne.* [n)] *Bosquet, Migne:* illas. [o)] *Bosquet, Migne:* et. [p)] irrogans; irrigans *bei Bosquet und Migne*.

[6)] S. Br. XVI 51 (48) Anm. 18.

quod correctionis et reformationis officio cognoverit indigere. Quocirca universitatem vestram monemus et exhortamur attentius per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes, quatenus legatum ipsum sicut personam nostram, ymo nos in ipso, recipientes benigne[q)] ac honorifice pertractantes ea, que statuenda duxerit vel etiam corrigenda, recipiatis humiliter et inviolabiliter observetis. Alioquin sententiam, quam rationabiliter tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino inviolabiliter observari.

Datum Laterani, XVI Kal. Februarii, pontificatus nostri anno sextodecimo[7)].

171 (168).

Innocenz III. nimmt das Kloster des Hl. Athanasios und die anderen Klöster auf dem Heiligen Berg (Athos), die unter den Übergriffen eines Kirchenfeindes sehr gelitten haben, in den päpstlichen Schutz und bestätigt ihnen ihre rechtmäßigen Besitzungen und die Freiheiten und Immunitäten, die in ihren Privilegien enthalten sind.

Lateran, 1214 Januar 17.

Reg. Vat. 8, fol. 168^{v} ⟨*Nr.* 168 *bzw.* 163⟩.

Bosquet 679, Nr. 168 = Baluze II 829, Nr. 168 = Migne, PL, 216, 956, Nr. 168; Hofmann, Athos e Roma, 148, Nr. 1; Haluščynskij, Acta Innocentii, 454, Nr. 214. – Potth. Reg. 4883; Bréquigny, Table chronologique, IV 572.

Sancti Athanasii[1)] ceterisque abbatibus et monachis Montis Sancti.

Relatione illustrium et magnorum virorum nostro[a)] est apostolatui declaratum, quod ille, qui est mons domus Domini preparatus in vertice montium, ut ad eum confluant omnes gentes, Sanctus videlicet sanctorum, qui ecclesie fundamenta in sanctis montibus collocavit, montem vestrum super mare situm ad inhabitandum suis fidelibus preeligit[b)], qui effectum sui nominis et numinis in se habens, licet aridus sit et asper ac temporalis fertilitatis gratia destitutus, est tamen inter alios mundi montes maxima spiritualium ubertate mirabiliter fecundatus. Nam cum trecentis monasteriis et gloriosa religiosorum virorum multitudine artam[c)] et pauperem vitam ducentium decoretur, tanta usque modo refloruit excellentia honestatis, tanta religionis eximie claritate refulsit, ut de ipso cum Iacob recte possit quis dicere amirando: ‹‹Vere sanctus est iste locus››, quia hic est domus Dei et quedam quodammodo porta celi, ubi multitudo celestis exercitus tamquam castrorum aties ordinata et parata suscitare Leuiatham vittoriose pugnat iugiter cum dracone, psallens Domino sapienter. Propter quod, cum iamdudum fama vestri nominis, que fuerat effusa sicut oleum circumquaque, multos populos ad se traxerit in odorem unguentorum vestrorum ipsos currere faciens a remotis, ecclesiarum prelati et imperatores Constantinopolitani

vgl. Is 2, 2

vgl. Gn 28, 16f

vgl. Iob 3, 8

vgl. Ct 1, 2f

---

q) bene; benigne *bei Bosquet und Migne.*

7) Der a pari-Br. an Simon von Montfort ist mit Verweis nach Br. [171] eingetragen.

171. a) *Migne:* nostrorum. b) *Bosquet, Migne:* praeelegit. c) *Bosquet, Migne:* arctam.

171. 1) Kyprianos, als Abt (higoumène) von Megisti Lavra (Μονή Μεγίστης Λαύρας, das vom Hl. Athanasios gegründete älteste und größte Kloster auf dem Heiligen Berg Athos, auf der Halbinsel Chalkidiki, Zentralmazedonien) bezeugt 1196, 1218. Vgl. Lemerle, *Actes*, I 54f. mit Anm. 220; IV 9, 61.

pluresque principes seculares per privilegia sua multa olim tante libertatis preeminentia vos dotarunt, ut post Deum, cui vos volebant[d] libere famulari, nullius umquam essetis iurisdictioni subiecti. Ceterum peccatis exigentibus nunc ex parte has infregit mundana potentia libertates per quendam Dei et ecclesie inimicum[2], qui latrunculis congregatis in quodam castro, quod idem in monte vestro construxerat[3] per auxilium brachii secularis[4], non solum ecclesias vestras tamquam predo sacrilegus et crudelis auro, argento et ornamentis omnibus spoliavit, verum etiam, ut pecuniam exauriret, quam vos credebat ille perditionis filius congregasse, tamquam insanus carnifex atque tortor peremit crudeliter quosdam vestrum multiplici genere tormentorum. Sed tandem sua prava intentione frustratus, quam in camino cupiditatis ignis avaritie succendebat, exinde iusticia exigente per imperatoris[5] potentiam est deiectus. Unde ne cuiusquam presumptoris audacia volentis iurisdictionem aliquam super vos sibi temere usurpare vestra pax et tranquillitas decetero perturbetur, nobis humiliter supplicastis, ut vestris vobis libertatibus confirmatis sub beati Petri ac nostra protectione vos suscipere dignaremur.

Volentes igitur paci et quieti vestre paterna sollicitudine providere vestris iustis postulationibus inclinati personas et locum, in quo divino estis obsequio mancipati, possessiones etiam et omnia bona vestra, que impresentiarum rationabiliter possidetis vel in futurum iustis modis dante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, libertates autem et immunitates rationabiles et antiquas ac etiam approbatas, prout in vestris privilegiis dicitur contineri, vobis et per vos monasteriis vestris auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo et cetera nostre protectionis et confirmationis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Laterani, XVI Kal. Februarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

172 (169).

Innocenz III. spricht den Propst (Lanfrank) und das Kapitel von S. Maria delle Vigne in Genua frei von den Ansprüchen des Genueser Bürgers S(imon) de Camilla aus ihrer Pfarre, der päpstliche Briefe über die Erlaubnis, ein Oratorium auf seinem Grund zu errichten, impetriert hatte.

Lateran, 1214 Januar 16.

---

[d]) *Darnach* de *durchgestrichen.*

[2]) Innocenz III. hatte den Berg Athos im November 1206 dem Bischof von Sebaste (Samaria, Israel) übertragen: Br. IX 190 (192), und diesem die custodia der Athos-Klöster wegen schwerer Übergriffe am 30. März 1210 wieder entzogen: Br. XIII 40. Zur Debatte, ob es sich um den B. von Samaria oder jenen von Sebastupolis in Thrakien handelte, s. Br. IX 190 (192) Anm. 1 und Br. XIII 40 Anm. 3. Offen bleibt, ob es sich bei der Schilderung der Übergriffe im vorliegenden Br. um diesen „custos" oder um einen Nachfolger handelt, der mit dem Rat der Regentin von Thessalonike Maria hätte installiert werden sollen und bei dem es sich um den Erzbischof von Herakleia handeln könnte. Vgl. Hendrickx, *Policy*, 227; 231, Anm. 19f.; Lemerle, *Actes*, IV 6; Prinzing, *Papsttum*, 179f.

[3]) Zu den Ruinen einer fränkischen Burg auf dem Athos vgl. Lemerle, *Actes*, IV 6 mit Anm. 19.

[4]) Wohl die im Konflikt mit Kaiser Heinrich befindlichen Barone der „lombardischen" Partei im Königreich Thessalonike. Vgl. Hendrickx, *Policy*, 226.

[5]) Kaiser Heinrich von Konstantinopel; s. Br. XVI 7 Anm. 10. Er wird auch in der griechischen Überlieferung als Beschützer der Athosklöster genannt; vgl. Lemerle, *Actes*, IV 6.

Reg. Vat. 8, fol. 168^{v} ⟨*Nr.* 169 *bzw.* 164⟩.
Bosquet 680, Nr. 169 = Baluze II 830, Nr. 169 = Migne, PL, 216, 958, Nr. 169. – Potth. Reg. 4881; Bréquigny, Table chronologique, IV 571.

Preposito[1)] **et capitulo sancte Marie in Vineis Ianuen(sibus).**

Olim ad instantiam S(imonis)[a)] de Camilla, civis Ianuensis[2)], asserentis, quod ad ecclesiam vestram, cuius parrochianus existit, sine periculo vite accedere non valebat, venerabili fratri nostro Ianuensi archiepiscopo[3)] dedimus in mandatis, ut, si dictus civis tantum annui redditus iuxta bonorum virorum extimationem assignare vellet ecclesie memorate, quantum a domo[b)] sua ecclesia ipsa percipere consueverat annuatim, daret eidem licentiam oratorium in fundo proprio construendi[4)] sine iuris[c)] preiudicio alieni. Cum igitur inter eundem S(imonem) ac vos proponentes, quod huiusmodi littere per veri suppressionem et expressionem mendatii fuerant impetrate, coram dicto archiepiscopo fuisset diutius disputatum ac idem rei seriem per suas nobis litteras intimasset, nos hiis, que W. canonicus[d)] vester et W. presbiter, procuratores partium, in nostra proposuere presentia, plenius intellectis prefatam ecclesiam vestram ab ipsius civis impetitione super hoc duximus absolvendam.

Nulli ergo et cetera nostre diffinitionis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Laterani, XVII Kal. Februarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

173 (170).

Innocenz III. trägt dem Kardinallegaten Peter von S. Maria in Aquiro auf, zu untersuchen, ob die Vizegrafschaft Nîmes, wie S(imon) von Montfort behauptet, zur Vizegrafschaft Béziers gehört, und ihm darüber zu berichten.

Lateran, 1214 Januar 20.

Reg. Vat. 8, fol. 168^{v}.
Bosquet 681, Nr. 170 = Baluze II 830, Nr. 170 = Migne, PL, 216, 958, Nr. 170. – Potth. Reg. 4886; Bréquigny, Table chronologique, IV 572.

---

172. [a)] L; S *bei Bosquet und Migne; s. unten Z. 11, auch in den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 52^{v}).* [b)] doma. [c)] iure; iuris *bei Bosquet und Migne*. [d)] *Bosquet, Migne:* concanonicus.

172. [1)] S. Br. XVI 89 (86) Anm. 1.

[2)] Simone de Camilla aus der prominenten adeligen Genueser Familie, der 1205 dem Stift ein Grundstück in Genua verkauft hatte (Airaldi, *Carte*, 66, Nr. 59) und der 1222 als Patron einer Kapelle, S. Paolo di Campetto, erwähnt wird, über welche er eine Einigung mit dem Stift eingegangen war (*ebd.* 112, Nr. 98). Zur Familie vgl. Paolocci, *Primo insediamento*, 1215, Anm. 23.

[3)] S. Br. XVI 30 Anm. 66.

[4)] Die Kapelle S. Paolo di Campetto auf dem gleichnamigen Platz in der Nähe des Doms von Genua, vgl. Airaldi, *Carte*, IX. Simone de Camilla erreichte 1216 vom Erzbischof die Erlaubnis zur Errichtung der Kapelle, deren Patronat Honorius III. der Familie bestätigte. Vgl. Paolocci, *Primo insediamento*, 1215f. mit Anm. 26–29.

Petro, sancte Marie in Aquiro diacono cardinali[1], apostolice sedis legato.

[C]um[a] dilectus filius nobilis vir S(imon), comes Montisfortis[2], vicecomitatum Nemausense[b, 3], qui nomine nostro tenetur, ad vicecomitatum Biterrense[4] asserat pertinere[5], discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus inquiras super hoc plenius veritatem et, quod inveneris, cures nobis fideliter intimare.

Datum Laterani, XIII. Kal. Februarii, pontificatus nostri anno XVI.

[171].

Innocenz III. trägt dem Kardinallegaten Peter von S. Maria in Aquiro auf, den Grafen (Bernhard) von Comminges und den (Vizegrafen) Gaston (von Béarn) nach entsprechender Sicherstellung mit der Kirche zu versöhnen und mit ihnen zu verfahren, wie er nach dem Rat kluger Männer für richtig hält. (Simon von Montfort kündigt er [mit Br. XVI 170 (167)] den Legaten an, ermahnt ihn, diesen ehrenvoll zu empfangen und seinen Befehlen zu folgen und ihm den Sohn [Jakob] des Königs P[eter] von Aragón zu übergeben; widrigenfalls soll der Legat in dieser Sache nach mündlichen Aufträgen des Papstes vorgehen.)

Lateran, 1214 Januar 22 (Januar 21).

Bosquet 681, Nr. 171 = Baluze II 830, Nr. 171 = Migne, PL, 216, 958, Nr. 171; Mansilla, Documentación, 556, Nr. 516 (a pari-Br.). – Potth. Reg. 4887, 4888; Bréquigny, Table chronologique, IV 572; Molinier, Catalogue, 469, Nr. 75.

Eidem[1].

Etsi nobilium virorum comitis Conuenarum[2] et Gaston(is)[3] excessus graves sint plurimum et enormes, quia tamen humiliter pulsantibus non est ecclesiae aditus praecludendus, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus sufficienti ab eis, iuxta quod videris expedire, cautione recepta ipsos reconcilies ecclesiasticae unitati et disponas de illis secundum Deum, prout de prudentum virorum consilio videris disponendum.

Datum Laterani, XI. Kal. Februarii, pontificatus nostri anno XVI.

---

173. [a]) *Die Initiale fehlt, ebenso wie die Briefnummer.* [b]) *Rest fehlt; ab hier folgt der Abdruck nach Bosquet. S. Einleitung S. XIV.*

173. [1]) S. Br. XVI 51 (48) Anm. 18.

[2]) S. Br. XVI 41 Anm. 4.

[3]) Vizegrafschaft Nîmes, die sich Simon von Montfort Ende 1211 ergeben hatte.

[4]) Simon von Montfort war im Sommer 1209 nach der Eroberung von Béziers von Heerführern und Legaten die Vizegrafschaft übertragen worden, was ihm der Papst am 12. November 1209 bestätigte: Br. XII 122.

[5]) 1187 hatte der letzte Vizegraf von Nîmes und Agde, Bernard Aton (VI.), die Vizegrafschaft an Raimund V. von Toulouse übertragen; eine Abmachung von 1150 sah hingegen die Zusammenlegung mit Béziers vor, falls die Vizegrafen von Nîmes keine Erben hätten. Im Mai 1214 übertrug Bernard Aton beide Vizegrafschaften direkt an Simon. Vgl. Graham-Leigh, *Nobility*, 15, 55; Lippiatt, *Simon V of Montfort*, 134.

[171]. [1]) S. Br. XVI 51 (48) Anm. 18.

[2]) S. Br. XVI 41 Anm. 27.

[3]) S. Br. XVI 41 Anm. 28. Zu ihrer Versöhnung im April 1214 und zu den Bedingungen s. Petri Vallium Sarnaii monachi Hystoria Albigensis § 503 (ed. Guébin–Lyon) II 197f. mit Anm. 2.

In eundem modum scriptum est nobili viro S(imoni), comiti Montisforti[4] ut supra uno folio: Equo rufo et cetera usque orthodoxa et cetera[a]. Natum inclytae recordationis vgl. Apc 6, 4
P(etri), regis Aragonum[5], quem tu detines[6], restitui facias regno suo et de ipsius custodia provideat et disponat. Quocirca nobilitatem tuam rogando monemus et exhortamur attentius per apostolica scripta mandantes, quatenus legatum ipsum sicut personam nostram, immo nos in ipso, honorifice ac benigne recipias, pertractes et eius monitis ac praeceptis intendas humiliter et devote. Et quoniam amodo indecens esset, ut quacumque occasione natum retineres regis praedicti, eundem in manibus legati memorati resignes, ut de ipso provideat, sicut viderit expedire. Alioquin super hoc idem legatus procedet, prout in mandatis a nobis viva voce recepit.

Datum Laterani, X. Kal. Februarii, pontificatus nostri anno XVI.

[172].

Innocenz III. trägt dem Kardinallegaten P(eter) von S. Maria in Aquiro auf, die Stadt Toulouse, nach Empfang entsprechender Sicherstellung, mit der Kirche zu versöhnen, so dass die rekonziliierte Stadt, solange sie am katholischen Glauben festhält, unter päpstlichem Schutz steht und weder vom Grafen (Simon) von Montfort noch anderen Katholiken behelligt werde; sollten die Toulousaner sich weigern, Genugtuung zu leisten, und an ihren Irrtümern festhalten, befiehlt er mit erneuerten Indulgenzen Kreuzfahrer gegen sie und ihre Unterstützer zur Ausrottung der Häresie aufzurufen.

Lateran, 1214 Januar 25.

Dumay 143, Nr. 12; Bosquet 681, Nr. 172 = Baluze II 830, Nr. 172 = Migne, PL, 216, 959, Nr. 172. – Potth. Reg. 4890; Bréquigny, Table chronologique, IV 572.

P(etro), sancte Mariae in Aquiro diacono cardinali[1], apostolice sedis legato.

Etsi Tolosanorum excessus gravis sit plurimum[a] et enormis, quia tamen saepe[b] et nuper per dilectos filios P(oncium) Guitardum[c, 2] et B(ernardum) Gilaberti[d, 3], nuntios

---

[171]. [a]) *S. Br. XVI 170 (167) S. 298 Z. 39.*

[4]) S. Br. XVI 41 Anm. 4.

[5]) Jakob I., geb. 1208, Sohn des am 12. September 1213 in der Schlacht von Muret gefallenen König Peters von Aragón und der Maria von Montpellier (s. Br. XVI 23 Anm. 6 und 4), König von Aragón 1213/1218–1276. Vgl. *LMA* V (2002) 281f.

[6]) König Peter hatte bereits im Januar 1211 seinen Sohn Jakob mit der Tochter Simons von Montfort, Amicie, verlobt und die Vormundschaft über Jakob und die Herrschaft über Montpellier (das er nicht mehr beherrschte; s. auch Br. XVI 23) Simon anvertraut: Alvira Cabrer, *Pedro el Católico*, III 1174, Nr. 1113; vgl. Smith, *Simon*, 88f. und passim, zu den Bemühungen und Interventionen der Vertreter Aragóns an der Kurie, die Rückgabe des Thronerben zu erreichen 92f.

[172]. [a]) *Fehlt bei Dumay.* [b]) *Dumay:* spe. [c]) *Dumay:* Quitard. [d]) *Dumay:* Gilabertum.

[172]. [1]) S. Br. XVI 51 (48) Anm. 18.

[2]) Poncius Guitardus, Konsul 1204/1205, vir probus im Dienst Simons von Montfort, curialis 1217. Vgl. Limousin-Lamothe, *Commune*, 140, 250 und ad indicem; Mundy, *Liberty*, 180, 183. Anders Oberste, *Eliten*, II 105: Petrus Guitardus, Konsul 1176 und 1180 (dazu Limousin-Lamothe, *Commune*, 244f. und ad indicem).

[3]) Wohl Bernardus Guilabertus, der 1202, 1203, 1220 in Toulousaner Urkunden bezeugt ist. Vgl. Limousin-Lamothe, *Commune*, ad indicem. Zur Familie s. Br. XVI 50 (47) Anm. 17. Anders Oberste, *Eliten*, II 105, 323, der Bertrandus Guilabertus, der 1185 eine Schenkung tätigt, als Boten nennt.

suos, pulsarunt ad ianuam et humiliter pulsantibus non est ecclesiae aditus praecludendus, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus[e)] sufficienti ab eis, iuxta quod videris expedire, cautione recepta ipsos reconcilies ecclesiasticae unitati[4)] et sic civitas ipsa reconciliata sub Apostolicae Sedis protectione consistat non molestanda decetero a comite Montisfortis[5)] vel aliis fide[f)] catholicis, dum in fide catholica et ecclesiastica pace duxerint[g)] persistendum. Quodsi forte satisfacere noluerint et in errore suo duxerint persistendum, nos per indulgentias innovatas Crucesignatos et fideles alios praecepimus excitari, ut ad extirpandam pestem huiusmodi divino freti auxilio insurgentes tam contra ipsos quam contra[h)] quoslibet alios receptatores aut defensores eorum[6)], qui plus ipsis haereticis sunt nocivi[i)], procedant in nomine Domini Sabbaoth.

Datum Laterani, VIII. Kal. Februarii, pontificatus nostri anno XVI.

[173].

Innocenz III. befiehlt dem (Kardinal-)Bischof N(ikolaus) von Tusculum, päpstlichem Legaten, und dem päpstlichen Subdiakon und Familiaren P(andulf), die englischen Prälaten, die den Peterspfennig eingehoben, aber einen Teil für sich behalten haben, nötigenfalls mit kirchlichen Strafen zur Bezahlung der gesamten Summe zu zwingen oder diesen, sofern sie ein Recht daran zu haben glauben, einen Termin zum Prozess an der Kurie zu setzen.

Lateran, 1214 Januar 28.

Dumay 145, Nr. 13; Bosquet 682, Nr. 173 = Baluze II 831, Nr. 173 = Migne, PL, 216, 960, Nr. 173; Cheney–Semple, Selected Letters, 173, Nr. 65. – Potth. Reg. 4891; Cheney, Calendar, 948.

N(icolao), Tusculano episcopo, apostolice sedis legato[1)], et P(andulfo), subdiacono et familiari nostro[2)].

Cum sicut vestra discretio[a)] plene novit, singulae domus totius Angliae singulos denarios pro censu B(eati) Petri[3)] annuatim nobis solvere teneantur, praelati Angliae, qui eum nostro nomine collegerunt, rem invito Domino contrectantes, maiorem sibi exinde partem non fuerint[b)] veriti retinere: cum non nisi trecentas marcas nobis persolverint et sibi mille vel amplius usurparint. Ut igitur ius Ecclesiae Romanae servetur illaesum, discretioni[c)] vestrae praesentium auctoritate districte praecipiendo mandamus[c)], quatenus[d)] prius recipientes ab eis denarium ipsum, prout hactenus exsolverunt, et eos ad id, si ne-

---

[e)] *Dumay:* quod. [f)] *Dumay:* fidelibus. [g)] *Dumay:* duxerit. [h)] *Fehlt bei Dumay.* [i)] *Dumay:* noxii.

[4)] Zur Versöhnung der Stadt im April 1214 und zu deren Bedingungen s. Petri Vallium Sarnaii Hystoria Albigensis § 507 (ed. Guébin–Lyon) II 201f. mit Anm. 5

[5)] S. Br. XVI 41 Anm. 4.

[6)] S. auch Br. II 1 Bd. 2 S. 4 Z. 18–21; s. Br. XVI 5 Anm. 10.

[173]. [a)] *Dumay:* dispositio. [b)] *Dumay:* sunt. [c–c)] *Dumay:* praesentium authoritate districte praecipientes discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus. [d)] *Dumay:* quod.

[173]. [1)] S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.

[2)] S. Br. XVI 63 (60) Anm. 5.

[3)] S. Br. XVI 80 (77) Anm. 5.

cesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione[e)] postposita[e)] compellentes, firmiter postmodum ex parte nostra iniungatis eisdem, ut residuum cum integritate persolvant. Non enim videmus, quo iure valeant[f)] se[f)] tueri, cum nec concessionem possint ostendere a Sede Apostolica sibi factam, nec centenariam contra Romanam ecclesiam praescriptionem[4)] probare, maxime si tempora schismatum subducantur[5)]. Si tamen de iure voluerint experiri, praefigatis eis terminum competentem, quo per responsales idoneos nostro se conspectui repraesentent, quidquid iuris super iis habuerint ostensuri; protestatione praemissa, quod, si iudicio duxerint contendendum, nos, quidquid hactenus est subtractum, in ipso iudicio repetemus.

Datum Laterani, V. Kal. Febr(uarii), pontificatus nostri anno XVI.

[174].

Innocenz III. trägt dem (Kardinal-)Bischof (Nikolaus) von Tusculum, päpstlichem Legaten, und den Bischöfen (Johannes) von Norwich und (Peter) von Winchester auf, den im königlichen Dienst stehenden R(ichard) de Marisco unter Anwendung kirchlicher Strafen gegen ungerechtfertigte Behelligungen durch englische Bischöfe und Prälaten zu schützen.

Lateran, 1214 Januar 28.

Bosquet 682, Nr. 174 = Baluze II 831, Nr. 174 = Migne, PL, 216, 961, Nr. 174. – Potth. Reg. 4892; Cheney, Calendar, 949.

Tusculano episcopo, apostolice sedis legato[1)], Norwicensi[2)] et Wintoniensi[3)] episcopis.

Cum quidam pontifices et ecclesiarum praelati de Anglia, qui a dilecto filio R(icardo) de Marisco[4)] iamdudum regiis obsequiis insudante in multis existimant se offensos, in quibus forte culpabilis non extitit, moliantur eidem, sicut accepimus, gravamina irrogare. Nos ipsi volentes super hoc paterna solicitudine providere, fraternitati vestrae praes(entium) auctoritate mandamus, quatenus quoslibet molestatores ipsius ab eius indebita molestatione per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescatis.

Quodsi non omnes et cetera. Vos denique, fratres episcopi et cetera.

Datum Laterani, V. Kal. Febr(uarii), pontificatus nostri anno XVI.

[e–e]) *Dumay:* pot. Apostolicae Sedis. [f–f]) *Dumay:* se valeant.

[4]) Vgl. Codex 1. 2. 23. 3 (Ed. Krueger 16f.); Novellen 9. 1 (Ed. Schoell–Kroll 91); *Decretum Gratiani* C. 13 q. 2 a. c. 1, C. 16 q. 3 p. c. 16 X pars, c. 17 (Friedberg, *CorpIC*, I 720, 796). Vgl. Petersohn, *Verjährungsrecht*, bes. 78f. (24f.).

[5]) Vielleicht Comp. I 2. 18. 1 = X 2. 26. 1 (Friedberg, *CorpIC*, II 382). Vgl. Br. IX 107 Bd. 9 S. 195 Z. 12–15.

[174]. [1]) S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.

[2]) S. Br. XVI 80 (77) Anm. 10.

[3]) S. Br. XVI 135 (132) Anm. 3.

[4]) Mag. Richard de Marisco (Marsh), Kammerkleriker König Johanns von England und Domkanoniker von Exeter 1208, Kanzler 1213 und 1214–1217/1226, Archidiakon von Northumberland 1211, von Richmond 1213, B. von Durham 1217–1226. Vgl. Le Neve–Greenway, *Fasti*, II 31, 40; VI 49, 115f.; X 66; *ODNB* 36 (2004) 807f.

[175].

Innocenz III. trägt dem (Kardinal-)Bischof (Nikolaus) von Tusculum, päpstlichem Legaten, auf, den im königlichen Dienst stehenden R(ichard) de Marisco, der unverschuldet ohne Schreiben des Erzbischofs S(tephan) von Canterbury an die Kurie gekommen ist, um die Absolution zu erbitten, und dem er diese erteilen ließ, unter Anwendung kirchlicher Strafen gegen Behelligungen zu schützen.

Lateran (, 1214 Januar ca. 28).

Bosquet 683, Nr. 175 = Baluze II 831, Nr. 175 = Migne, PL, 216, 961, Nr. 175. – Potth. Reg. 4893; Cheney, Calendar, 950.

Tusculano episcopo, apostolice sedis legato[1]**.**

Licet olim duxerimus providendum[2], ut clerici Angliae, qui pro discordia inter sacerdotium et regnum exorta excommunicationis fuerunt vinculo innodati, cum literis venerabilis fratris nostri S(tephani), Cantuariensis archiepiscopi, sanctae Romanae ecclesiae cardinalis[3], rei veritatem plenarie continentibus ad apostolicam sedem accederent absolutionis beneficium petituri et dilectus filius R(icardus) de Marisco, clericus regis[4], sine huiusmodi literis ad nostram venisse praesentiam dignoscatur, quia tamen non creditur id ex contemptu fecisse, sed eiusdem regis[5] potius urgente mandato, qui ad nos cum festinantia destinabat eundem, nolumus, ut ea occasione ab aliquo molestetur; maxime cum ratiociniis et aliis regiis negotiis impeditus facile non valeat super hoc denuo ad sedem apostolicam laborare, propter quod nos sibi de speciali gratia super praemissis fecimus beneficium absolutionis impendi. Ideoque fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si eundem propter hoc ab aliquibus contigerit molestari, tu eos ab ipsius molestatione monitione praemissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescas.

Tu denique, frater episcope, super teipso et cetera.

Datum Laterani ut supra.

[176].

Innocenz III. nimmt den Archidiakon von Northumberland R(ichard) de Marisco mit dessen rechtmäßigem Besitz in den päpstlichen Schutz.

Lateran, 1214 Januar 31.

Bosquet 683, Nr. 176 = Baluze II 831, Nr. 176 = Migne, PL, 216, 962, Nr. 176. – Potth. Reg. 4895; Cheney, Calendar, 951.

R(icardo) de Marisco, archidiacono Norumbriae[1]**.**

Sacrosancta Romana ecclesia et cetera usque concurrentes assensu personam tuam cum omnibus bonis, quae impraesentiarum rationabiliter possides aut in futurum iustis

---

[175]. [1]) S. Br. XVI 82 (79) Anm. 5.
[2]) Br. XV 240 (237) vom 7. März 1213.
[3]) S. Br. XVI 30 Anm. 71.
[4]) S. Br. XVI [174] Anm. 4.
[5]) S. Br. XVI 41 Anm. 15.

[176]. [1]) S. Br. XVI [174] Anm. 4.

modis praestante Domino poteris adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti patrocinio communimus, ut, donec te dignum reddideris, apostolica valeas protectione gaudere.

Nulli ergo et cetera nostrae protectionis et cetera. Si quis et cetera.

Datum Laterani, II. Kal. Februarii, pontificatus nostri anno XVI.

[177].

Innocenz III. trägt dem Patriarchen (Peter) und dem Domkapitel von Antiochia auf, den Diakon I. als Kanoniker aufzunehmen, andernfalls sie der Bischof (Radulf) von Sidon, der Propst von St. Michael und der Domkantor von Tripoli (, denen er dies schreibt,) mit kirchlichen Strafen dazu zwingen sollen.

Lateran, 1214 Januar 29.

Bosquet 684, Nr. 171 = Baluze II 832, Nr. 177 = Migne, PL, 216, 962, Nr. 177. – Potth. Reg. 4894; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 540, Nr. 7.

Vgl. Antweiler, Bistum Tripolis, 119f.

Patriarchae[1] **et capitulo Antiochen(is).**

Constitutus in praesentia nostra dilectus filius I. diaconus nobis humiliter supplicavit, quod, cum in Antiochena ecclesia per novem annos et amplius in regimine scholarum et divinis officiis fideliter servierit et devote, diaconatus ordinem suscipiens in eadem, ipsum in canonicum eiusdem ecclesiae recipi faceremus. Quia vero ei non solum venerabiles fratres nostri patriarcha Hierosolymitanus[2] et Tripolitanus[3] et Antaradensis[4] episcopi per literas suas, verum etiam tu, frater patriarcha, per tuas laudabile testimonium perhibeas; asserens, quod, nisi propositum assumpsisset redeundi ad propria, cum tibi, frater patriarcha, et vobis, filii capitulum, servitium eius gratum esset non modicum et acceptum, posset apud vos de facili beneficium adipisci. Cum dignum sit, ut, ubi laborasse dignoscitur, ibi pro labore stipendium consequatur, devotionem vestram rogandam duximus et monendam per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus ob reverentiam apostolicae sedis et nostram necnon eiusdem prudentiam ipsum recipiatis in canonicum et in fratrem, ei stallum in choro et locum in capitulo assignantes. Alioquin venerabili fratri N., Sidoniensi episcopo[5], et dilecto filio priori S. Michaelis[6] et cantori Tripolitan(o)[7] damus nostris literis in mandatis, ut vos ad id, nisi aliquid canonicum obuiet, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant.

---

[177]. [1]) S. Br. XVI 2 Anm. 2.

[2]) S. Br. XVI 2 Anm. 6.

[3]) S. Br. XVI 30 Anm. 50.

[4]) Bandinus, als B. von Tortosa (Antaradus, Tartûs, Suffr. von Tyrus, Syrien) bezeugt 1200–1215, gest. vor 1221; vielleicht identisch mit dem gleichnamigen „Gegenkanzler“ (des Thronaspiranten Konrad von Montferrat) (1188–1191) von Jerusalem. Vgl. Fedalto, *Chiesa latina*, II 40; Mayer, *Kanzlei*, I 275f.

[5]) B. von Sidon (Suffr. von Tyrus, Libanon) war noch Radulf von Merencourt, 1215 Patriarch von Jerusalem. Darnach war der Sitz vakant bzw. 1216 dem Vikariat des EB. von Tyrus unterstellt. S. Br. XVI 7 Anm. 3. Vgl. auch Fedalto, *Chiesa latina*, II 206; Eck, *Kreuzfahrerbistümer*, 167, 172.

[6]) Augustinerchorherrenpriorat St. Michael in Tripolis. Vgl. Antweiler, *Bistum Tripolis*, 229–231.

[7]) Domkantor von Tripolis.

Tu denique, frater patriarcha, super teipso et cetera.
Datum Laterani, IV. Kal. Februarii, pontificatus nostri anno XVI.

Illis scriptum est super hoc.

[178].

Innocenz III. bestärkt den Grimaldus (von Monselice) und seine Mitkreuzfahrer in der Absicht, dem Kreuzfahrerheer ins Heilige Land voranzuziehen, und sagt ihnen die Indulgenzen und Freiheiten zu, die er in den allgemeinen Schreiben (Br. XVI 28) verkündet hat.

Lateran, 1214 Februar 15.

Bosquet 684, Nr. 178 = Baluze II 832, Nr. 178 = Migne, PL, 216, 962, Nr. 178. – Potth. Reg. 4896; Balladore Pallieri–Vismara, Acta pontificia, 593, Nr. 258.

Grimaldo[1] **et sociis suis crucesignatis.**

vgl. Gal 6, 14 Cum in cruce Domini nostri Iesu Christi gloriari oporteat Christianos, eis non deerit doloris materia, dum lignum salutiferae crucis, in quo salus mundi pependit[2] et aeternae
vgl. Col 2, 14 mortis chirographum vita moriendo delevit, sub manu tenetur hostili, sepulchro Dominici corporis glorioso, utcumque facto inglorio et ab impiis prophanato, venerunt siquidem
vgl. Ps 78, 1 gentes in hereditatem Dominicam et loca sancta proles polluit Chananaea. Sed cum in
vgl. Tit 3, 7 Christo simus heredes, satis in publico nostrum, si volumus, videmus opprobrium, eo
vgl. Lam 5, 2 quod hereditas nostra versa est ad alienos et domus nostrae ad extraneos devenerunt; et sic nobis iniuriarum actiones abundant, cum et Dominicas prosequi teneamur et nostras obmittere minime debeamus: ne in illo minus devoti et in nobis desides reputemur, si super hoc non exsolverimus Domino debitum et interesse neglexerimus nostrae fidei speciale. Praesertim cum, etsi utriusque causae merita se contingant, utraque tamen felices et suos habet effectus, eo quod in huiusmodi casu causa Dei temporalis honoris commodum non excludit et nostra aeternae gloriae praemio non privatur. Unde ferventer et provide currendum est in huiusmodi stadio, ut tale possit bravium comprehendi; feliciter et constanter est
vgl. 1Cor 9, 24f. in hoc agone pugnandum, ut tanti praemii corona sequatur. Quapropter gaudere potestis in Domino vobis esse divinitus, sicut credimus, inspiratum, ut vos ad tanti regis devoveritis obsequium, signo Crucis assumpto, in subsidium Terrae Sanctae, ibi peregrinaturi pro
vgl. 1Tim 6, 15 Domino, ubi Rex regum et Dominus dominantium dignatus est peregrinari pro servis, ut eos supernae patriae cives et aeternae beatitudinis faceret coheredes.

Ps 36, 23; Prv 3, 6; 16, 9 u. ö. Eia igitur, viri prudentes, iactate in Dominum cogitatum, et ipse diriget gressus vestros, non in viribus vestris sive prudentia, sed in illius patientia et misericordia confidentes, qui
vgl. Ex 15, 4 currum et exercitum Pharaonis proiecit in mare, gloriosus in sanctis suis et in maiestate
vgl. Ps 67, 36 mirabilis, cuius verbo coeli firmati sunt, et cum imperat mari, et ventis cessat tempestas.
vgl. Lc 8, 25 Nec est vobis de adverse partis multitudine desperandum, si puro corde praelium Domini

---

[178]. [1]) Er stammte aus Monselice, Prov. Padua, Veneto: s. Br. XVI [179] S. 309 Z. 16. Über den Kreuzzug des Adeligen aus Monselice ist weiter nichts bekannt.Vgl. auch Powell, *Anatomy*, 223.

[2]) Vgl. die Antiphon „Ecce lignum crucis" für den Karfreitag und das Fest Exaltatio Crucis, Dr.: Andrieu, *Ordines Romani*, III 294, Ordo XXIV/25; Hesbert, *Corpus Antiphonalium*, III 187, Nr. 2522. S. auch Br. XI 180 (185) Bd. 11 S. 297 Z. 34f.

Sabbaoth curaveritis praeliari. Memores, quod in Gedeonis praelio sub brevi satis numero suum Dominus restrinxit exercitum et de inermis funda Dauid emissi lapides armati Philistaei superbiam depresserunt. Ceterum cum procedatis in Domino parare viam exercitui generali, ea remissionis et immunitatis gratia volumus vos gaudere, quam in generalibus literis duximus exprimendam[3)]. vgl. Idc 7, 2–8 1Sm 17, 49–51

Datum Laterani, XV. Kal. Martii, pontificatus nostri anno XVI.

[179].

Innocenz III. fordert den Dogen (Peter) und den Rat von Venedig auf, dem Grimaldus von Monselice und dessen Mitkreuzfahrern, wie sie vom Papst erbeten haben, als Vorhut des Kreuzzugs die Überfahrt ins Heilige Land zu ermöglichen, wobei diese geheimgehalten werden soll. (Lateran, 1214 ca. Februar 15).

Bosquet 685, Nr. 179 = Baluze II 832, Nr. 179 = Migne, PL, 216, 963, Nr. 179. – Potth. Reg. 4897; Balladore Pallieri–Vismara, Acta pontificia, 603, Nr. 337.

Nobili viro duci[1)] et consiliariis Venetorum.

Cum in cruce Domini et cetera ut supra usque debeamus[a)]. Sane dilectus filius nobilis vir Grimaldus de Monte Silicis[2)] et quamplures socii sui zelati Christianae gentis honorem humeris suis signo Crucis impresso se devoverunt ad obsequium Crucifixi Hierosolymam profecturi, ut ibidem sub Crucis vexillo militent Deo regi, qui pro nobis triumphavit in Cruce. Verum cum ipsi non in viribus suis nec virorum multitudine, sed in illius potentia confidentes, qui currum et exercitum Pharaonis proiecit in mare, gloriosus in sanctis et maiestate mirabilis, proponant cum cautela procedere ac parare viam exercitui generali, nobis cum multae devotionis instantia supplicarunt, ut, cum navigio egeant, super hoc vobis scribere dignaremur. Porro a tanti regis obsequio manus vestra non debet esse remota, quoniam sic causa Dei agitur, quod cuiuslibet fidelis commoditas geritur in hoc casu. Absurdum quoque videretur et absonum, si prudens potentia et potens prudentia vestra, quae in multis temporalibus eminet, lateret, quod absit, in negotio Iesu Christi, ubi, dum temporale praestatur obsequium, aeternae felicitatis praemium expectatur. vgl. Ex 15, 4

Eia igitur, viri prudentes et providi, ad factum tam laudabile auxilii manum porrigite, ut praedicti Crucesignati pro competenti naulo vestro navigio transeant vel de vestra licentia naves emant a Venetis, quibus valeant transfretare. Verum quia iacula impraevisa plus nocent, transitus talium ante tempus in publicam deduci non debet notitiam, ut praelium Domini eo salubrius praelientur, quo minus praescientiae clypeo adversarii fuerint praeminuti.

Datum ut supra.

---

3) S. Br. XVI 28 S. 55 Z. 11–15, 22–S. 56 Z. 8.

[179]. a) *Br. XVI [178] S. 308 Z. 20.*

[179]. 1) S. Br. XVI 35 Anm. 1.
2) S. Br. XVI [178] Anm. 1.

[180].

Innocenz III. trägt den Erzbischöfen und Bischöfen der Lombardei und Tusziens auf, dem Grimaldus (von Monselice), der eine Vorhut des Kreuzzugs ins Heilige Land führen möchte, bei der Suche nach Mitstreitern zu unterstützen, wobei dieses Vorhaben geheimgehalten werden soll.

Rom, St. Peter, 1214 Februar 19.

Bosquet 686, Nr. 180 = Baluze II 833, Nr. 180 = Migne, PL, 216, 964, Nr. 180. – Potth. Reg. 4898.

Archiepiscopis et episcopis per Lombardiam et Tusciam constitutis.

Quam laudabile, quam pium et favorabile pro subsidio Terrae Sanctae propositum lator praesentium nobilis vir Grimaldus[1)] assumpserit, ipsius relatione poteritis edoceri. Cum igitur res sit digna favore, immo dignissima, universitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus habentes ad illum respectum, cuius causa specialius geritur in hoc casu, opem detis et operam, ut viros inveniat secundum cor suum, cum quibus in divinae virtutis potentia, quod pio concepit proposito in subsidium Terrae Sanctae, salubri persequatur effectu. Ceterum, quia praevisa iacula minus nocent, expedit, ut, quod idem vobis secreto retulerit, in publicam non deducatur notitiam ante tempus, ut dante Domino exequatur efficacius, quod intendit, quo minus adversarii fuerint praemuniti.

Vos denique, fratres archiepiscopi et episcopi.

Datum Romae apud sanctum Petrum, XI. Kal. Martii, pontificatus nostri anno XVI.

[181].

Innocenz III. tadelt den Erzbischof (Andreas) von Lund, der dem einberufenen Konzil fernbleiben will, und befiehlt ihm und weiteren Prälaten seiner Kirchenprovinz, binnen eines Jahres ab dem 1. November 1214 an der Kurie zu erscheinen. Weiters trägt er ihm auf, dem Erzbischof (Valerius) von Uppsala und dessen Suffraganen dasselbe zu befehlen. Über die nötige Zahl seiner Begleiter bei der Kreuzzugspredigt möge er gemäß seinem Gewissen selbst entscheiden.

Rom, St. Peter, 1214 Februar 21.

Bosquet 686, Nr. 181 = Baluze II 833, Nr. 181 = Migne, PL, 216, 965, Nr. 181; Krarup, Bullarium Danicum, 95, Nr. 92; Skyum-Nielsen, Diplomatarium Danicum, I/5 64, Nr. 41. – Potth. Reg. 4900; Regesta Historiae Danicae II/1/1 37, Nr. 607; Bunge–Arbusow–Benninghoven, Urkundenregesten, 15, Nr. 68a.

Archiepiscopo Lundensi, apostolice sedis legato[1)].

Inter cetera devotionis obsequia, quae tenentur episcopi et praecipue archiepiscopi sedi apostolicae tanquam matri fideliter exhibere, hoc unum praecipue debet esse, ut ad concilium veniant evocati, ad quod archiepiscopi iuramento praestito[2)] sunt astricti. Unde plurimum admiramur, quod te super hoc excusare aliquatenus voluisti; cum etiam

---

[180]. [1]) S. Br. XVI [178] Anm. 1.

[181]. [1]) S. Br. XVI 10 Anm. 11.

[2]) Vgl. Br. VII 11 Bd. 7 S. 26 Z. 10; Schwarz, *Regesten*, 19, Nr. 72; Dr.: Lappenberg, *Hamburgisches UB*, I 336, Nr. 382; Tangl, *Kanzleiordnungen*, Nr. XVIII, S. 51.

non vocatus deberes modis omnibus laborare, ut tam sancto concilio interesses, ad quod ex omni parte cum desiderio multo current principes et praelati et totius cleri generaliter flos et decus, ut tot et tantos patres conscriptos ad aedificationem suam videre valeant et audire, ac mereantur esse participes orationum suarum et bonorum omnium, quae sancta synodus duxerit statuenda. Non ascendat igitur in cor tuum vel cuiusquam pontificis aut praelati, ut tam ignominiosam maculam in gloria sua ponat, quod se a tanta solemnitate ac opere sic necessario et tam pio qualibet occasione subducat, quia praeter inobedientiae culpam et paenam indignationem Dei et nostram et confusionem incurreret ac opprobrium sempiternum. vgl. Ier 32, 35 vgl. Sir 47, 22

Ideoque per apostolica scripta mandamus et districte praecipimus, quatenus tam tu praecipue quam ceteri ecclesiarum praelati per tuam provinciam constituti iuxta primi mandati nostri tenorem[3] a Kal. Nouembris proximo nunc futuris[4] usque ad annum sive per mare sive per terram quocumquemodo poteritis ad sedem apostolicam venire pro viribus laboretis. Speramus enim in Domino, quod interim ille, qui potenter imperat ventis et mari, frementis freti fluctus sedabit, ut fiat optata tranquillitas navigantibus, et inimicos reducet ad pacem, ut fiat iter agentibus via tua. Ad haec, quoniam consimiles literas[5] venerabili fratri nostro archiepiscopo misimus Vbsalensi[6], fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus ei et suffraganeis eius[7] districte praecipias, ut usque praedictum terminum quocumquemodo poterint ad apostolicam sedem venire pro viribus elaborent. vgl. Lc 8, 25

Sane quia, ut asseris, ad Crucis negotium promovendum tibi non sufficit evectionum numerus nostris litteris[8] designatus et usque ad tricesimum numerum postulas licentiam tibi dari, nos hoc tuae conscientiae duximus committendum, ut super hoc procedas, sicut videris expedire.

Tu denique, frater archiepiscope, et cetera.

Datum Romae apud sanctum Petrum, IX. Kal. Martii, pont(ificatus) n(ostri) anno XVI.

[182].

Innocenz III. trägt dem Bischof (Albert) von Riga (und dem Bischof [Dietrich] von Estland) auf, sich bis zur Entscheidung des (künftigen) allgemeinen Konzils keinem Metropoliten unterstellen zu lassen.

Rom, St. Peter, 1214 Februar 20.

*Bosquet 687, Nr. 182 = Baluze II 834, Nr. 182 = Migne, PL, 216, 966, Nr. 182; Švābe, Fontes historiae Latviae, 61, Nr. 77; Seibold, Livland, 114, Nr. 37. – Potth. Reg. 4899; BFW **6165; Bunge–Arbusow–Benninghoven, Urkundenregesten, 15, Nr. 68.*

[3]) S. Br. XVI 30 S. 69 Z. 7–10.
[4]) 1. November 1214.
[5]) S. Br. XVI 30 S. 71 Z. 4.
[6]) S. Br. XVI 29 Anm. 20.
[7]) S. Br. XVI 30 Anm. 17.
[8]) S. Br. XVI 29 a pari S. 64 Z. 9f.

Rigensi episcopo[1]**.**

Cum in memoria hominum non existat Rigensem ecclesiam alicui metropolitico iure subesse, volumus et mandamus, ut, donec in generali concilio super hoc aliquid certum duxerimus statuendum, nulli tanquam metropolitano interim respondere cogaris.

Tu denique, frater episcope, super te ipso, et cetera.

Datum Romae apud sanctum Petrum, X. Kal. Martii, pont(ificatus) n(ostri) anno XVI.

In eundem modum scriptum est ... Estoniensi episcopo[2] pro Estoniensem ecclesiam.

[182]. [1]) S. Br. XVI 122 (119) Anm. 4.

[2]) S. Br. XVI 126 (123) Anm. 5. Vgl. auch Br. XVI 132 (129).